3 3

NICOLAI DV BOIS

PARS PRIMA

REFUTATIONIS

ARGVMENTORVM

SEU ERRORVM,

Super quibus, velut in arena, ædificata eſt nova Doctrina D. D. infraſcriptorum,

ADVERSVS

Minime clarum, minime conſultum Dominum Anonimum *Advocatum Pariſienſem, ſeu Libellum, cui titulus,* Les pernicieuſes conſequences de la nouvelle hæreſie, par un Advocat en Parlement à Paris.

AD

Clariſſimos & quovis alio titulo inſignitos Dominos, qui nuper Illuſtriſſimis Epiſcopis, Lutetiæ Pariſiorum congregatis juncti fuerunt.

LEODII,
Apud HENRICUM HOYOUX. Anno 1683.

PRÆFATIO.

DOmini Confratres mei, in *Disquisitione* mea id egi potissimum, ut palam fierent meæ rationes dubitandi de doctrina vestra; in consultationibus autem ad vos directis, ut pateret amplius ejus improbabilitas, & sequelæ Ecclesiis vestris perniciosæ. Sed forsan adhuc vos in priori opinione vestra retinent vel respectus humanus & retractandi pudor, vel argumenta quæ in variis præsertim Gallicis libellis apud vos ab annis quadraginta huc usque confectis, & usquequaque dispersis relata sunt, & repetita sæpius.

Primo malo obviare Dei est, non hominis opus. Ille pravas corrigit cordis voluntates: sed plerumque nonnisi rogatus: dixit enim *invoca me, & ego exaudiam*: & alibi, *exaudiet me cum clamavero ad eum*. Clamate ergo ut faciat vobis è tenebris lucem splendescere; alias, si diligatis magis tenebras quam lucem, *mittemini in tenebras exteriores, ubi erit fletus & stridor dentium: partes vulpium eritis*, & habitatio vestra *stagnum ignis ardentis sulphure*, & *inextinguibilis*.

Hoc ne vobis contingat, aut saltem ut non contingat omnibus, qui per ejusmodi libellos elusi sunt, doctrinæque vestræ facti sectatores; statui prosequi cœpta, quamdiu Deus vires & vitam dederit; ut saltem aliquos lucri-faciam. Parcite, Confratres mei, si ita loquar: cur enim ita loquar, patebit circa hujus opusculi finem. Prosequor ergo non more plurium ex vestris partibus Scriptorum qui simpliciter sua, tamquam Evangelia, effutiunt, omnia autem in contrarium argumenta, ad quæ respondere minime valerent, penitus dissimulant ne libellorum ejusmodi lectores visis in contrarium argumentis, de veritate doctrinæ ipsorum dubitent, & minus assentiant. Ego argumenta, quibus doctrinam vestram stabilire conati sunt ejusmodi libellorum authores, non dissimulabo: sed illis per diversas successive partes respondebo:

" tegritate vitæ attulit, quam ab iis acceperit dignitatibus ornamenti. Qui tamen in Concilio Basileensi cum adversus Eugenium IV. stetisset: felicemque consecrasset, *facti pœnitens* ad Successoris ipsius Eugenii, Nicolai V. obedientiam, rediit, Ecclesiæque unitatem resarcivit, felicis ipsius, quam pacis amator procuravit spontanea abdicatione, à quo Nicolao inter Ecclesiæ cardines receptus ipso Sanctæ Cæciliæ titulo honoratus est. Demum propagata plurimum religione, calcata sæculi gloria, superatis diaboli artibus, impressis Gallico solo æternis sanctæ vitæ vestigiis, sumpto divino viatico ad cœlitum optatum migravit consortium. In Arelatensi Metropolitana æde sepultus est, ubi tot miraculis claruit, ut horum multitudine excitus Clemens Papa VII. Romæ dato diplomate illum in cœlitum numerum beatitatis nomine retulerit, honoribusque quibus coli consueverunt &c.".

Habetis, Confratres, exemplum quod imitemini, & quod vestrorum dogmata de authoritate Concilii Basileensis evertit.

ARTICVLVS II.

Expenditur aliorum Auctorum allegatio, & inde doctrinæ vestræ novitas magis confirmatur.

3. PArum consultus ille Dominus pulchrè imitatur fori Rabulas, qui uno tractu calami omnes Leges, omnes Canones, omnes Interpretes citant, ut ingentem quærendi laborem adversario pariant, & pene impossibilitatem respondendi. Sic enim scribit pag. 23. in fine & 24. in principio, *Il est certain que du temps des Conciles de Constance & de Basle, on ne reconnoissoit point dans l'Eglise d autre authorité infaillible, que celle de toute l'Eglise, & du Concile General, qui la represente, & qu'il passoit pour constant parmy toutes les personnes habiles que le Pape pouvoit errer dans la Foy. C'est ce qui se voit non seulement par les ouvrages des plus grands hommes de ce temps-la,*

comme de Gerſon , de Pierre d'Ailly Cardinal de Cambray , du ſaint & ſçavant Chartreux Denis Rikel , du Cardinal Cuſa , de l'Abbé de Palerme , du Cardinal de Florence, de Iean Patriarche d'Antioche, d'Alphonſe Toſtate, appellé le prodige du monde, de Iean de Paris, & de pluſieurs autres , mais auſſi par la conteſtation qui s'éleva en ce temps-là, ſi le Concile eſtoit au deſſus du Pape , ou le Pape au deſſus du Concile , qui fut decidée en faveur du Concile par les Peres de Conſtance, & de Baſle, qui ſoutenant la préeminence du Concile, ſe ſervoient de ce principe comme certain & non conteſté , que le Concile General ne pouvoit errer dans les determinations , qui regardent la Foy & les bonnes mœurs, & que le Pape y pouvoit errer.

4. Planè tempore Concilii Conſtantienſis quo tres ſe gerebant pro Pontifice , quo nullus eorum erat certus & indubitatus , quo tam Eccleſiaſticorum quam Sæcularium Principum una pars iſti, altera alteri adhærebat, nulla agnoſcebatur authoritas infallibilis præter Eccleſiam, & eam repræſentans, Generale Concilium : quia certitudo ſententiæ , & obligatio indubitata illi parendi , ſupponit certitudinem judicis, & competentiæ ejuſdem. De tempore Concilii Baſileenſis dicam infrà : inde enim argumenta , quæ totam doctrinam veſtram deſtruant , ex ipſiſmet Gallis veſtris ſeu illius temporis ſcriptis proferam.

5. Pulchre vero Advocatus iſte de tempore Concilii Conſtantienſis & Baſileenſis loquitur , ac de illius temporis Scriptoribus. Non audet antecedentium temporum, percurrere ſpatia. Et in hoc vobis præcautior, qui in *Declaratione* veſtra ſic loquimini, quaſi tota ejus doctrina fuerit doctrina Eccleſiæ *verbo Dei & Patrum traditione* confirmata.

6. Et tamen paulò ante ſchiſmatis tempus cenſuit Gallia Pontificum definitivas ſententias ſuper quæſtionibus fidei, cum Concilio Cardinalium (quod adhibere ſolent Pontifices) latas , eſſe irrefragabilis authoritatis , & pro hæreticis habendos , qui contravenerint, etiamſi necdum acceſſerit Eccleſiæ conſenſus. Hoc docebit vos Epiſtola Caroli VI. Francorum Regis , ex maturo judicio Prælatorum & Doctorum Galliæ (ut docet ejus contextus) data anno 1328. die 11. Martii; quam deſcriptam ex membranis Domini d'Henrouval , antiquitatum Galliæ Collectoris , vobis integram exhibeo.

Philip-

"Philippus Dei Gratia Francorum Rex, nobilibus & pruden-
„ tibus Viris universis & singulis Dominis, Potestatibus, Capi-
„ taneis, Rectoribus, Consulibus, quibuscumque aliis Guberna-
„ toribus Civitatum, Castrorum, & aliorum locorum insignium
„ partium Italiæ civibus, incolis & habitatoribus locum prædi-
„ ctorum, & territorium ipsorum, amicis nostris charissimis, ad
„ quos præsentes litteræ pervenirent salutem & dilectionem sin-
„ ceram. Ad nostrum noveritis (quod dolentes referimus, & non
„ sine gravi cordis amaritudine recensemus) pervenit auditum,
„ quod in nonnullis partibus civitatibusque & locis Italiæ adver-
„ sus Sacrosanctam Matrem Romanam & Universalem Eccle-
„ siam, cui provisione Divina Sanctissimus Pater in Domino Jo-
„ hannes Papa XXII. ad præsens præsidet, & jam salubriter fa-
„ vente Domino pluribus præsedit annorum curriculis; nec non
„ & adversus eumdem Sanctissimum Patrem insurgentes quidam
„ filii Belial, suis venenosis suasionibus & perniciosis latratibus
„ falsis ac fucatis coloribus devotionem vestram (quam semper
„ sicut veri Catholici & fidelissimi Christiani ad eamdem incon-
„ cussam habuistis, Sanctam Matrem Ecclesiam, & ad ipsum nunc
„ præsidentem, & ipsius prædecessores, qui fuerint pro tempore
„ tamquam *ad unum in terris Christi Vicarium, Beati Petri Successorem,*
„ *& ipsius naviculæ, universalis scilicet Ecclesiæ Caput unicum & Recto-*
„ *rem*) conantur inficere, & animos vestros, quos in orthodoxæ
„ fidei stabilitate & unitate Ecclesiæ tamquam ipsius veri filii
„ hucusque habuistis immobiles, & auxiliante Domino habebitis
„ in futurum, erroribus variis pervertere, & ad suam convertere
„ falsitatem; volentes *per has suas opiniones phantasticas atque hæreticas*
„ *justo Ecclesiæ judicio per præfatum summum Pontificem & ejus Sacrum*
„ *Collegium reprobatas extollere, & pœnas pro suis hæresibus eisdem imposi-*
„ *tas per abusum alicujus temporalis potentiæ damnabiliter evitare*; fingen-
„ tes sibi, quod etiam profanum est dicere, & execrabile quo-
„ dammodo recitare, quemdam Apostaticum Papam seu potius
„ Antichristum, *& sub pietatis & religionis umbra seu pallio simplicium*
„ *animis illudentes, per malitiæ suæ virus corpus universalis Ecclesiæ*, cujus
„ ipse Christus est Caput, & quæ in ipsius Sanguine Sancti Spiri-
„ tus illustratione continua vegetatur & vivit, *inficere moliuntur*,

&

,, & id ipſum corpus Eccleſiæ myſticum Corpus Chriſti, quo nul-
,, lum perfectius & nobilius eſt creatum , per adjunctionem exe-
,, crabilem ſui præfati Apoſtatici tamquam alterius capitis reddere
,, monſtruoſum ; & inconſutibilem tunicam quam etiam ipſi per-
,, fidi crucifixores ipſius dividere noluerunt , ſcindere ſatagunt,
,, immo verius diſcerpere totaliter , ac etiam quantum in eis eſt
,, viliter conculcare ; *ipſum ſtabile fundamentum Eccleſiæ ſuis perverſis*
,, *conatibus ſubvertere attentantes*".

" Quod quam ſit grave , deteſtabile ac perniciosum exemplo,
,, cuilibet fideli Catholico plane patet. Per hæc enim ipſa fides
,, Catholica & ſtatus Eccleſiæ , extra quam non eſt ſalus , etiam
,, ipſis infidelibus & ethnicis ſeu paganis magis contemptibilis
,, redditur & exoſa , & eorum animi jam fortè per Dei miſericor-
,, diam ad eum aliqualiter inclinati & etiam inclinandi coope-
,, rante ſatore ſcandali & humani generis inimico, à ſuo laudabili
,, propoſito faciliter retrahentur. Nec mirum ſi fidem, quæ etiam
,, homini integraliter eſt ſervanda , Chriſtianos videant Creatori
,, ſuo corrumpere & ſuo piiſſimo Redemptori. Quanta autem ex
,, his pericula, quanta mala, quanta ſcandala, quantaque animarum
,, & corporum detrimenta ex hac radice peſtifera provenire va-
,, leant in futurum , niſi per fideles Catholicos celeriter præci-
,, dantur , nec advertere ſufficimus nec proferre , ſicut & quilibet
,, fidelis animus piæ ac probandæ conſiderationis poteſt à ſeipſo
,, clarius intueri. Veſtram igitur amicitiam exhortamur in Do-
,, mino, ac requirimus ex zelo & debito fidei Chriſtianæ, *ut veſtra-*
,, *rum animorum conſtantiam in ipſum Caput Eccleſiæ, quod eſt Chriſtus, &*
,, *ejus Vicarium ſupradictum , piè & fideliter erigentes* , imitantes pudo-
,, ratos filios Noë , qui patris verecundiam nequeuntes æquani-
,, miter tolerare , & ipſius benedictionem , & inverecundi fratris
,, & poſteritatis ejus prælationem & dominium obtinere perpe-
,, tuò meruerunt. Ad pericula inſuper prædicta advertentes , *fide-*
,, *litatem & devotionem, quam ſemper ad Sanctam Matrem Romanam Ec-*
,, *cleſiam vos & prædeceſſores veſtri eſtis profeſſi fideliter vos habere* , requi-
,, rente ad præſens non modicum neceſſitate negotii , ut videtis,
,, efficacia & exhibitione operis pro veſtrarum animarum ſalute ,
,, ita laudabiliter impleatis , *præfatis hæreticis & eorum hæreticalibus*

docu-

„ *documentis , ſic viriliter & fidelibus verbis & factis ſtrenuè reſiſtendo* , & „ etiam præ omnibus obviando , quod cæteris Chriſtianis ſitis in „ his virtutum exemplar, ſicut & priſcis temporibus extitiſtis, & „ per veſtros virtuoſos labores prædictorum , malitiæ exortum „ incendium non procedat ulterius, *nec unitati & ſtabilitati fidei* „ *damna inferat graviora* ; ſed in ortu ſuo occidatur & totaliter ex- „ tinguatur, ut ex his & temporalis vitæ præconium vobis, & per „ vos poſteris veſtris perpetuò acquiratis, Noſque & alii Princi- „ pes Chriſtiani , & omnes fidei Catholicæ profeſſores , veſtram „ in hoc conſtantiam , fortitudinem ac fidelitatem ex expertis „ perſpicuis agnoſcentes , veſtris ac veſtrorum commodis ob- „ noxius adſtringantur , & æternæ retributionis gratiam copio- „ ſius aſſequi valeatis. Sinceritatem & amicitiam veſtram in „ tranquillitate ac ſerenitate pacis & *unitate Eccleſiæ* , *propulſis ſcan-* „ *dalis, & exſulatis erroribus univerſis* , conſervet Omnipotens felici- „ ter , ut optamus per tempora longiora. Datum in Abbatia Ca- „ roliloci die 11. Martii , anno Domini milleſimo trecenteſimo „ vigeſimo octavo".

ARTICVLVS III.

Specialiter expenditur authoritas Toſtati.

7. DUodecim ingentes tomos uno verbo citat Dominus Advocatus , quibus percurrendis vix medii anni tempus ſufficeret. Sed feliciter accidit , quod cum pro quarta vice explicarem Evangelia , & in illis explicandis biennium impenderem, diligenter Toſtati opera volverim , annotaverim varia , & ſigillatim illa , quæ præſentem materiam concernunt. Audite ergo quid ſcripſit in cap. 11. libri 3. Regum q. 35. *Sciendum eſt quod non erat ſimile de Regibus illis , qui fuerunt in principio regni Iudæorum , & Regibus noſtris. Nam Reges noſtri in multis caſibus poſſunt deponi,* SIVE PER PAPAM , *ſive ab ipſis regnicolis.* Ecce evertit ille totum primum Articulum veſtræ *Declarationis*.

8. Non eousque hactenus processi nec procedo. Tantum ostendi posse ex gravissimis causis excommunicari Reges & Principes: seu ad illos etiam pertinere illud Christi, *Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus.* Hoc de vestro Rege negant Scriptores vestri inferius citandi, & paulò plenius refellendi.

9. Idem Tostatus *in cap. 5. Matthai quast. 263. item 165.* destruit quoque doctrinam vestram: *Papa*, inquit, *est Supremus Ecclesia Hierarcha, & pertinet ad eum disponere de omnibus negotiis Ecclesia universalis.* Item, *Si aliquis juravit obedire Domino suo non tenetur juramento, quamdiu est excommunicatus. Idem est, si efficiatur hareticus vel infidelis.* Vos tamen etiam absolvi à juramento posse subditos negatis.

10. Fortasse recurretis ad eâ quæ scripsit *in defensorio*, ubi aliqua dicit de authoritate Generalis Concilii. At hic peto an admittetis etiam illa, quæ ibidem dicit de authoritate Augustini. *Constat*, inquit, *quod Augustinus cum scriberet in multis erravit, & tamen quando ipse scribebat, ita putabat esse sicut scribebat, postea autem retractavit multa. Et verisimile est, quod non potuerit omnia retractare, in quibus erraverit; quia forte non occurrit sibi habere postea omnes libros, quos prius ediderat. Et est satis verisimile: quia, ut ait Isidorus in libro Etymologiorum cap. de his, qui multa opuscula ediderunt, quod Augustinus tot scripserit libros, quod non occurrat homini tota vita sua, non solum scribere, sed nec etiam legere, ita forte in eo factum est, quia jam erat senex quando librum Retractionum edidit, scilicet post alia opera sua.*

Item potest dici aliter, quod dato, quod Augustinus vidisset omnes libros suos ad emendandum illos, si in aliquo minus bene continebant, adhuc non sequitur, quod omnia, qua manerent post emendationem suam vera essent. Quia sicut August. antequam faceret librum Retractationum, in multis erraverat tenens illas sententias falsas, quia nondum veritates oppositas invenerat, ita facta emendatione, & retractatione poterant ei manere multa sententia falsa, quia adhuc nondum invenisset veritates illis oppositas, & tunc relinqueret illas sententias erroneas in libris, licet essent etiam emendati.

Si autem hoc non concedas, necesse est, quod dicas, quod August. quando fecit librum Retractationum sciebat omnes veritates, & nulla ignorantia in eo erat, vel quod Deus ei revelaverat omnia, in quibus erraverat, ad hoc, quod illa emendaret. Primum nemo peritus concedet, quia istud est privilegium

valde

valde excellens. Nam cum Augustino in opusculis suis quasi innumeris tetigerit in omnibus rebus, vel de pluribus, de quibus evenit fieri considerationem, aut locutionem inter homines; diceremus quod Augustinus scivit veritates omnium rerum, & tamen hoc nulli homini, nisi Christo attribuimus.

Denique dicit quidem Pontificem posse errare. Hoc nec ipsi Pontifices negant, & probavi in principio *Disquisitionis:* sed de definitionibus ex Cathedra loquimur, de quibus aliquid dixi in *Consultationibus*, & aliam addam infra.

ARTICVLVS IV.

Discutiuntur breviter alii Scriptores ab Anonymo citati.

11 SI numero Scriptorum certandum sit, causa cecidit Advocatus; quia paucissimos tantum inveniet, contra quos pugnavit orbis universus. plurimos exhibui tam in *Disquisitione*, quam in *Consultationibus*, addam infra alios. Percurramus hic illos, quos citat Anonymus.

12. Pagina 47. citat Joannem Majorem *in cap. 18. Matthai*, dicentem: *Nostra Facultas Parisiensis à diebus Concilii Constantiensis, in qua plures habet exercitatos Theologos, quam in duobus vel tribus regnis, sic hanc partem* (de superioritate Concilii) *fovet, quod nulli licuit asserere oppositum probabile.* Insignis profectò authoritas. Expendite verba: *à tempore Concilii Constantiensis.* Non omisisset anteriora tempora nominare, si doctrina hæc fuisset antea à Parisiensibus tradita. Unde nec vester Anonymus ullum è Parisiensibus aut Gallis Scriptoribus produxit anteriorem. Scripsit autem Joannes ille Major non diu post Constantiense Concilium. Nova ergo doctrina hæc adversus antecedentem & antiquam sæculorum quatuordecim: cui proinde merito objiceretur quod objecit Hieronymus epist. 65. cuidam hæretico, *cur post quadringentos annos* (dicó mille quadringentos) *doces nos, quod ante nescivimus.*

13. Pergit ille Major: *in qua plures habet exercitatos Theologos,*

 quam

quam in duobus vel tribus regnis. Unde id probat? Quis illum Judicem constituit? Ubinam & quando duorum vel trium aliorum regnorum Doctores omnes examinavit? Et licet examinasset unde constat eum fuisse tantæ capacitatis, ut in tanto concursu competentem ferret sententiam? Quem (si ejus alia scripta legantur) fuisse plane tenuem & in multis hallucinatum constat evidenter. Temerarium ergo hic judicium & impudens Judex.

14. Æquè ipsum destruit ultima particula, qua dicit, *quæ sic hanc partem fovet, quod nulli liceat afferrere oppositum probabile.* Hic profecto insignem injuriam inurit Facultati suæ, dum adeo pudenda ipsius detegit, si tamen verum est quod asserit. Quid enim? Prohibuit ne asseri *tamquam probabile* illud, quod à septingentis Episcopis, plurimisque aliis Prælatis & Doctoribus fuerat in ipsa Gallia, seu in Concilio generali Lugdunensi secundo traditum definitumque? An non potuit *tamquam probabile asseri*, quod totius orbis Scriptores, quos retuli in *Disquisitione* & *Consultationibus*, tradiderunt? Temerarium ergo fuit quoque Facultatis judicium, si decrevit illud, quod asserit hic Doctor.

15. Secundo citat Advocatus pag. 24. Gersonem. Si tractatum expressisset, liberasset me ab onere percurrendi Tomum ejus primum, & partem tertii (hæc enim antea non legeram) & ignorassem hucusque illa, quæ non sine admiratione percepi: seu quantus vertumnus fuerit Gerson, licet alias multa doctè & piè scripserit. Inconstantiam suam deplorat ipse in fine vitæ, dum in carmine super *Magnificat*, ait:

Advena dum terris dego, me cura placendi
Sæpius elusit, Christe peto veniam.

16. Eandem demonstrant ejus scripta. Adhæsit enim Anti-Papæ Benedicto de Luna, coram quo anno 1403. sic adulatoriè loquitur: *Benedic hæreditati tuæ, Sanctissime Pater Benedicte. Benedic obsecramus: ut simul nomen tuum sit, & laus & optatio tua.* Tum parum Christianè in eos, qui Anti-papæ illi non adhærebant invectus, ait: *Eheus Pater Sancte, cave benedixeris hæreditati huic, quæ facta est tibi sicut Leo in sylva. Odi propterea eam & maledic. Cave benedixeris ei in collatione gratiæ. Abjice eos potius à te, calcibus protere, & impera, ut discedant maledicti.*

Sed

Sed poſtea aliò vela vertit, & in Sermone quem habuit coram Alexandro V. qui de Pontificatu contendebat contra Petrum de Luna, nuncupatum Benedictum XIII. ſic dixit: *Quoniam ergo te certum & indubitatum Pontificem nobis exhibuit Deus, &c.* Si certus & indubitatus fuit Pontifex Alexander V. fuit ergo certus & indubitatus Joannes XXIII. qui in locum Alexandri viventibus adhuc Gregorio XII. & Petro de Luna de Papatu contendentibus, eſt electus. At vero hunc pro indubitato habere noluit. Nam cum ageretur de Concilio per ipſum indicendo, Gerſon cenſuit id fieri minimè debere, nec expedire: quodque decreta ab iſtius Obedientiæ Patribus ſancienda nullius futuri eſſent roboris vel momenti. Videte tractatum ejus *de Concilio Generali unius obedientiæ.* Et conſequenter juxta ejus doctrinam ibi plenius relatam, decreta ſeſſ. 4. & 5. Conſtantienſis Concilii quæ tantum à Joannis XXIII. obedientia ipſo abſente emanarunt, nullius fuere roboris aut momenti.

17. In quæſtione, *An in cauſis fidei liceat appellare à Pontifice ad Concilium Generale*, longè aliter loquitur quam Articulus 4. *Declarationis.* Non definitivè, ut facitis, ſed valdè dubitativè. Sic enim concludit, *Hæc dicta ſunt vel argumentata magis ad veritatis inquiſitionem, quam ad alicujus reprehenſionem.*

Denique dum ubique auram, quam ſibi putat favere, ſectatur, & ſæpè conqueritur, quod ipſi de Beneficiis Eccleſiaſticis abundantius non provideatur, factus eſt exoſus omnibus, è Gallia in exilium pulſus, ipſi quoque Sereniſſimo Burgundiæ Duci (contra quem in Concilio Conſtantienſi declamaverat (videte Tomo 1. operum declamationem ejus) aliiſque Germaniæ Principibus inviſus, fugit ad Ducem Auſtriæ, in cujus laudem poſtea compoſuit carmen, & ſic inter cætera dixlt:

Sors miſeranda nimis te Francia Diva fatigat,
Plus quam cujuſvis vox reſerare queat.
Olim proſcriptos pro libertate tuenda,
Proq; fide paſſos mos relevare tuus.
Heu pietas, heu priſca fides, coguntur alumni
Francigenæ mortes exiliumq; pati.

 Inter

Inter quos unus, qui Cancellarius almi
Parisiis studii est, cedit & advena fit.
Austria tu felix, felix Studiosa Vienna,
Dux quibus est talis traditus in regimen.

18. Sed & in *Dialogo Apologetico* mirum in modum in suos Parisienses invehitur. Ecce qualem testem nobis producit Anonymus. Cujus etiam authoritas hac in parte eò minus facienda est, quod fuerit discipulus Petri de Alliaco, Cardinalis Cameracensis nuncupati, quem etiam multipliciter in suis scriptis laudat.

Non poterat D. Gerson tueri Pontificiam authoritatem supra Concilium; nisi simul Magistrum suum (à quo promotionem ulteriorem sperabat) à Cardinalatu degradaret. Nam dictus Petrus factus est Cardinalis à Joanne XXIII. id constat ex vestris Galliæ monumentis, seu libro, cui titulus *Gallia purpurata pag.* 462. Joannes autem successit Alexandro V. qui Pisis, deposito Gregorio & Petro de Luna seu Benedicto XIII. (qui nihilominus se pro Pontificibus semper gesserunt) fuerat electus.

19. Deinde esto, quod Petrus de Alliaco pro authoritate Concilii Generalis supra Pontificem, ante adeptum Cardinalatum scripserit, quid inde? Scripsit ille tempore schismatis, quo cum nullus esset indubitatus, & à tota Ecclesia agnitus Pontifex, nec Ecclesiæ adversus schismata & errores posset subveniri, nisi per authoritatem Generalis Concilii; Scriptores illi, quos nominat vester Anonymis *pag.* 24. videlicet Petrus de Alliaco, Dionysius Carthusianus, Petrus de Cusa, postea Cardinalis, Abbas Panormitanus, nonnullique alii, omnes nervos ingenii intenderunt, ut persuaderent Pontificem subesse Concilio. Sicuti revera in tali casu suberant.

20. Et quia qui pacem Ecclesiæ quærebant, sicuti se quærere dicebant Cardinalis Cameracensis, Gerson & alii, non poterant probare efficaciter, quis ex tot contendentibus esset indubitatus Pontifex, ideo generaliter & abstractim loqui debuerunt: &, ut fit in similibus, fervore disputationis produxerunt quidlibet apparens, ut non sine aliquo veritatis calore loqui viderentur. Quæ tamen extra casum scismatis aut vacantis Sedis, vel mente capti, aut in partibus inaccessibilibus constituti Summi Pontificis,

cujus

cujus desperatus sit reditus, vel alium casum metaphysicum, aut impertinentem non concludunt.

Illorum omnium ratiunculas, ubi Vestrorum libellis respondero, discutiam, si Deus vitam & vires dederit. Interim hic ad alia propero, & paucis illis, quos vester Anonymus allegat, oppono primò septingentorum Episcoporum, inter quos plurimi fuere Galli, aliorumque Prælatorum judicium in Concilio Lugdunensi.

ARTICVLVS V.

Expenditur Concilium Generale celebratum Lugduni Galliarum Anno Christi 1274. seu ante schisma.

21. CONfratres mei, quot & quinam huic Concilio interfuerint docebunt vos (si nescitis) illius temporis historici. Inter hos Eberhardus Archidiaconus Ratisponensis *in Annalibus suis*, quos deduxit ab anno 1273. usque ad annum 1305. ita refert: *Anno Domini 1274. celebratum est Generale Concilium apud Lugdunum per Gregorium Papam X. cui interfuerunt plus quam 700. Episcopi, & Abbates, & Præpositi cæteriq; Ecclesiarum Prælati in numero copioso.*

22. Audite quid addat Blondus *Decade 2. lib. 8. Gregorius Pontifex Lugduni Concilium indixit: contulit se ad id Concilium Michaël Palæologus Græcorum Imperator, & unioni Orientalis ad Occidentalem Ecclesiam consensit: secutiq; illum nonnulli Tartari, Gentis Scythicæ Proceres, Sacro Baptismatis charactere superfusi, Christianos se & Catholicos fore professi sunt. Sed & Rudolphus ab Electoribus Germanis in Romanorum Regem declaratus, ea conditione à Gregorio Pontifice in Concilio est acceptus, ut Romam pacificus ad inunctionem accipiendam se conferret, ac rebus Hierosolymæ quantam posset opem ferret.*

23. Ecce vero quod definitum est, & in quod ipsimet Græci, qui supremam illam Sanctæ Sedis authoritatem tam diuturno schismate impugnaverant consenserunt: *Sanctissimo & Beatissimo primo & Summo Pontifici Apostolicæ Sedis venerabili Papæ, & communi Patri*

tri omnium Christianorum , & venerabili Patri Imperii nostri , D. Gregorio Michaël in Christo Deo fidelis Imperator & moderator Romaorum , Ducas, Angelus , Commenus , Palaologus & spiritualis filius magna Sanctitatis vestra, convenientem honorem & reverentiam cum sincera & pura affectione, & orationum postulationem.

"Quoniam missi sunt à magnitudine vestra ad Imperium ,, meum nuntii Deo placentis Ordinis Fratrum Minorum, Frater ,, Hironymus de Asculo, Frater Raimundus Berengarius , Frater ,, Bonagratia de Sancto Joanne in Persiceto , & Frater Bona- ,, ventura de Mugello; & obtulerunt literas magnæ Sanctitatis ,, vestræ Imperio meo : in quibus inter alia de confessione fidei, ,, quam docet & prædicat , & confitetur Sancta Romana Eccle- ,, sia , continebatur ; & oportebat in his magis responsionem ,, convenientem nos facere. Ecce hoc facit Imperium meum. ha- ,, bet âutem professio fidei in dictionibus taliter : *ipsa quoque Sancta ,, Romana Ecclesia summum & plenum primatum & principatum super uni- ,, versam Ecclesiam Catholicam obtinet; quem se ab ipso Domino in B. Petro ,, Apostolorum Principe sive vertice, cujus* Romanus Pontifex est Succes- ,, sor , cum potestatis plenitudine, recepisse veraciter & humiliter ,, recognoscit. *Et sicut pra cateris tenetur fidei veritatem defendere , sic* ,, ET SI QUÆ DE FIDE SUBORTÆ FUERINT QUÆSTIONES, SUO ,, DEBENT IUDIDIO DEFINIRI.

24. Et parum infra : "Supra scripta Fidei veritate , prout ple- ,, ne lecta est & fideliter exposita , veram Sanctam , Catholicam ,, & Orthodoxam Fidem cognoscimus, & acceptamus , & ore ,, ac corde confitemur....... Primatum quoque ejusdem Sanctæ ,, Romanæ Ecclesiæ, sicut in præmissa serie continetur, ad ipsius ,, Sanctæ Ecclesiæ obedientiam spontaneam venientes, confi- ,, temur , & recognoscimus , acceptamus, & sponte suscipimus.

25. Si ista Domino Advocato , ejusve sequacibus , aut vobis non sufficiant , seu numerus minor adhuc videatur ; quam ut authoritate superet pauculos istos, quos tot Novitatum apud vos libelli Gallicè præsertim conscripti toties nominant , repetitque ; accipite alios, istorum plerisque tam authoritate quam dignitate superiores. Hi verò sunt Archi-Episcopus Ephesinus Exarchus totius Asiæ, Archiepiscopi Herachiæ, Calcedonensis, Tyanorum, Ico-

Iconii, Naupacti, Heracleæ Ponti, Conconii, Cariæ, Berrœes, Athenarum, Sycladum Infularum, Philippenſium, Syrmæ, Serrorum, Amaſtridæ, Madyrorum, Abydi, Chriſtianopoleos, Selybriæ, Apri, Biziæ, Cypſellorum, Gatilleris, Derſæ, Lopodii, Bergami, Melanii, Beriæ, & eorumdem Archiepiſcoporum ac primatum ſuffraganei, qui accepta notitia prædictæ definitionis, Nuntio ſuo mandatum dederunt in ſuas ipſorum animas jurandi: Et exhibita Pontifici eorum commiſſione juravit prout ſequitur. *Ego Nuntius habens ab eiſdem ſufficientem ad infraſcripta mandata, ſubſcriptam fidei veritatem, prout plene lecta eſt, & fideliter expoſita à me, Dei & Domini noſtri nomine veram Sanctam Catholicam fidem eſſe cognoſco, eam accepto, & corde & ore confiteor; ipſamq́, prout tenet, & fideliter docet, & prædicat Sancta Romana Eccleſia, inviolabiliter obſervaturum, & in eâ omni tempore perſeveraturum, nec ab eâ ullo unquam tempore receſſurum, vel quoquomodo deviaturum, nec diſcrepaturum promitto. Primatum quoque ipſius Sacro-ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, prout in præmiſſa ſerie continetur, ad ipſius Eccleſiæ obedientiam ſpontaneus veniens, fateor, recognoſco, accepto & ſponte ſuſcipio. Et ipſe omnia præmiſſa tam circa fidei veritatem, quam circa ejuſdem Eccleſiæ Romanæ Primatum, & Epiſcoporum recognitionem, acceptationem, ſuſceptionem, obſervantiam ac perſeverantiam ſervaturum, præſtito corporaliter juramento, promitto & confirmo. Sic Deus ipſum adjuvet, & hæc Sancta Evangelia. Scrinarius Sacriſta Chartophylax, & magnus Schevophylax Sanctiſſimi ejus qui in Conſtantinopoli eſt Patriarchatus, Ioannes Lector.*

26. Attendiſtis indubiè, Confratres mei, ad illa verba, *& ſi quæ de fide ſubortæ fuerint quæſtiones, ſuo debent judicio definiri.* Agnoſcitis, & agnoſcit D. Advocatus infallibilitatem Concilii Generalis in quæſtionibus fidei decidendis. Quæſtio illa, *quis ſit Index controverſiarum fidei*, maxime ad fidem pertinet: imo eſt primaria: & ut loquuntur Juriſconſulti (ago cum Advocato) eſt *præjudicialis*; nec, niſi illâ decisâ poteſt ſententia ferri ſuper ſubſequentibus & independentibus articulis. Prius (ut docent Juriſtæ) *conſtare debet de judicis authoritate & competentia.* Concilium vero Lugdunenſe dudum definivit, cur non acquieſcitur? Fuit maxime Generale, tot Epiſcoporum, tot Prælatorum. Celebratum eſt in Gallia conſentibus & approbantibus plurimis Galliæ Epiſcopis & Prælatis.

consensit & approbavit Imperium Orientis: approbarunt & fidem istam jurarunt tot Orientis Archiepiscopi eorumque Suffraganei in eorum Synodis congregati. Quid ad istud dicitis? Cur super doctrina vestra non exquisivistis judicium ejus, *à quo debuit definiri?*

27. Unum est super quo vehementer miratus sum: videlicet quod quamquam satis diligenter anno 1662. & aliquot sequentibus, dum de hac, quæ mihi vobiscum est controversia (super qua anno 1664.& 1665. tradidi multa in Scholis interpretando Actus Apostolorum, quæ paulò post fuerunt impressa) legerem libellos, & tractatus, qui contra Sanctæ Sedis authoritatem vulgabantur aut citabantur: & occasione doctrinæ vestræ eorumdem resumpserim examen; nusquam tamen animadverterim adversarios ejusmodi huic Lugdunensi Concilio respondisse: sed illud, dissimularunt: prout adhuc dissimulavit, vel ignoravit vester Anonymus.

28. Attamen hoc minimé prætereundum erat. Etenim Græci maxime hoc agebant, quod agunt & egerunt ejusmodi libellorum Auctores: nempe Sanctam Sedem & præsidentes in Cathedra Petri Successores arguebant quorumdam errorum. Hoc ipsum docebit vos S. Leo IX. in epist. ad eorum Imperatorem, & historiæ de Græcorum Schismatibus conscriptæ à Baronio & aliis. A Lugdunensi Concilio transeo ad Florentinum.

ARTICVLVS VI.

Expenditur temeritas Anonymi quoad Florentinum Concilium.

29. IN Florentino Concilio definitum fuit (sicut retuli in *Disquisitione*) in hunc modum: *Definimus Sanctam Apostolicam Sedem & Romanum Pontificem in universum orbem tenere Primatum, & ipsum Pontificem Romanum Successorem esse Beati Petri Principis Apostolorum, & verum Christi Vicarium, totiusq; Ecclesiæ Caput, & omnium Christianorum Patrem & Doctorem existere, & ipsi in B. Petro pascendi,*

pascendi, regendi & gubernandi universalem Ecclesiam à Domino Iesu Christo plenam potestatem traditam esse, quemadmodum etiam in gestis Oecumenicorum Conciliorum continetur.

30. Vidit vester Anonimus definitionem istam (cui fuit similis antea illa quam retuli ex Concilio Lugdunensi) contrariam esse doctrinæ suæ, adeoque & vestræ, quid ergo respondet? *Non est*, inquit pag. 33. receptum Florentinum in Gallia, uti nec Lateranense celebratum sub Leone X. sed receptum est Basileense Responsio profecto digna tanti nominis Advocato: ex qua sequitur pariter Conciliorum Generalium definitiones super Fidei quæstionibus nullius esse momenti, nec obligare ad credendum, nisi sint receptæ in Gallia. Sed quid si receperit Gallia non belgium? Consequenter licebit Belgis contra sentire, contra docere. Quid si Gallia, Belgium Germania Hispania &c. definitiones ejusmodi receperint; non autem receperit Portugallia? Liberè sentiant quod voluerint Portugalli, securos illos reddet Authoritas vestra & Anonymi. quis ergo modus Hæreticos proscribendi, aut illos habendi pro Hæreticis? Si liberum sit illis dicere ut dicit advocatus, *Concilium istud aut quodvis aliud non recepimus.*

31. Dicite consequenter *Nec recipimus Sanctos Patres, nec Canones, in quibus fundata est jam dicta Florentini Concilii scientia.* Et quidem ita fundata, ut ipsimet Græci qui iterum à Romana Ecclesia se subduxerant, fuerint convicti; dum singulæ dictæ definitionis particulæ fuerunt coram discussæ, præsertim in collatione 22. in qua citata est Generalis Synodus VII. sub Hadriano, quarta sive Chalcedonensis, Sanctus Chrysostomus, epistola Agathonis approbata in Synodo VI. Anacleti, Julii & aliorum Pontificum, Nicæna Synodus 1. epistola Chalcedonensis Concilii ad Leonem, testimonia ejusdem Sancti Leonis &c. Dicit ergo *ista non recipimus.*

32. Nihilominus, si non pro vobis, qui forte non recipietis, saltem pro aliis, qui Conciliorum tomos non habent ad manum brevem adscribam ex tota illa longa collatione seu disputatione sententiam, ut appareat ne verbulum in tota illa definitione fuisse insertum, quod non fuerit coram Græcis discussum, probatumque, sic ergò in ea dicitur: "Punctus est, *Pascendi*, hoc pro-

,, batur verbis Evangelii ita clare, ut non egeat probatione. Nam ,, cum actus pascendi sit actus Pastoris; cum Petro fuit dictum, ,, *Pasce oves meas*, absolutè factus est Pastor omnium ovium: ,, & non distinguens has oves & alias, intelligitur universas ei ,, esse commissas. Cum ergo & Apostoli sint oves Christi, nul- ,, lus est, qui insignitus nomine Christiano possit dicere, quod ,, non sit constitutus sub prælatura Romani Pontificis. Et ut se- ,, quamur formam, volo probare duobus testimoniis. Beatus Ha- ,, drianus in Epistola ad Tarasium sic ait: unde & idem *Beatus ,, Petrus voce Domini pascens Ecclesiam, nil dissolutum reliquit, sed tenuit ,, semper & retinet principatum.* Cum dicat *nil dissolutum reliquit*, sequi- ,, tur, quod sub ejus cura omnes includere voluit. Item in sexta ,, Synodo in epistola Agathonis Papæ quam Constantinopolim ,, destinavit, in qua Tomum Fidei scripsit contra errorem eorum, ,, qui dicebant unam voluntatem & operationem in Christo: in ea ,, ponit multa dicta Sanctorum, quæ extensis manibus à tota Sy- ,, nodo cum multa veneratione suscepta est; inter cætera sic di- ,, cit: *Adnitente præsidio Beati Petri Apostoli, qui Spirituales Oves Ecclesiæ ,, ab ipso redemptore omnium æterna dispositione pascendas suscepit, hæc A- ,, postolica ejus Ecclesia nunqnam ad aliquam erroris partem deviavit, cujus ,, auctoritatis sanctionem, utpote Apostolorum omnium Principis, semper Ca- ,, tholica Christi Ecclesia, & omnes universales Synodi amplexæ sunt, om- ,, nesque venerabiles Patres Apostolicam ejus doctrinam amplexi. Hæc est ,, spiritualis Mater vestri Imperii Apostolica Ecclesia, quæ per Dei omnipo- ,, tentis gratiam à tramite Apostolicæ veritatis nunquam errabunda succu- ,, buit, sed ut à principio Christianæ Fidei percepit ab Apostolorum Christi ,, Principibus, illibata fine tenus manet, secundum ipsius Salvatoris pollici- ,, tationem, quam suorum Apostolorum Principi in sacris Evangeliis fassus est, ,, dicens: Petre, Petre, ecce Satanas expetivit vos, ut cribraret sicut tri- ,, ticum: ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua; & tu conver- ,, sus confirma Fratres tuos. Consideret tua clementia, quod ipse Dominus, ,, cujus fides est, qui Fidem Petri non defecturam promisit confirmare eum ,, Fratres suos admonuit: quod Apostolicos Pontifices meæ exiguitatis præde- ,, cessores confidenter fecisse semper, cunctis est cognitum*".

3. Eodem modo per singulas particulas eorum omnium, quæ in dicto Concilio Florentino sunt definita, processum est ex autho-

thoritate Patrum tam in dicta collatione 22. quam aliis. Pergat jam Advocatus, pergant doctrinæ vestræ Patroni, & dicant, *ista non recipimus in Gallia.* Damnent consequenter Doctores Sorbonicos cæterosque Galliæ, qui *in tertiam partem D. Thomæ*, vel *Magistrum Sententiarum* scripserunt à tempore Florentini Concilii hucusque: quotquot enim videre potui, dicti Concilii authoritate utuntur; non simpliter, sed tamquam conciliari & definitivâ. Appello ad libros vestros, quorum sententiis colligendis, & hic inserendis supersedeo, & venio ad Basileense Concilium.

ARTICVLVS VII.

An Basileense Concilium sit receptum approbatumque in Gallia.

34 HOc dicit Anonymus, dicunt plures Galliæ Scriptores, Imbertus, Bouchel, Fevret, &c. quorum hallucinationem ex ipsismet Galliæ monumentis libet hic detegere.

In membranis dicti Domini d'Arouval hæc Frederici Imperatoris, in qua etiam Regis Galliæ sensus expressus est, reperitur epistola scripta anno 1447. ad Sabaudiæ Ducem filium Amedæi Ducis post depositionem Eugenii IV. factam à Basileensi Concilio, electi Antipapæ, & nuncupati Felicis V.

" Illustris &c. Et si Catholica veritate edocti manifestum " noscamus, quod unica & immaculata Sponsa Christi, Sancta " Mater Ecclesia, in sua integritate tam solida & firma subsistit, ut " nulla unquam ratione vel causa, neque dividi valeat, neque " scindi. Quia tamen ex eo quod genitor tuus *se in administrando* " *Romano Pontificatui intromiserat, vulgaris assertio Ecclesiam ipsam de-* " *plorat extitisse concisam.* Nos pro tollenda scissura hujusmodi sol- " lerti studio laborantes, Sacri Romani Imperii Electores, & alios " tam Ecclesiasticos quam Sæculares nostræ Germaniæ Nationis " Principes & Prælatos, non sine magno expensarum profluvio

" ſæpius congregavimus, & etiam pluries perſonaliter conveni-
" mus cum eiſdem: Ambaſiatos quoque & Oratores noſtros
" multiplices hinc ad Apoſtolicam Sedem, hinc ad genitorem
" tuum, nec non ad illos, qui eum in Apoſtolatus apicem erigere
" conati ſunt: ad diverſos quoque Catholicos Reges & Principes
" duximus tranſmittendos. Cum autem in eâ re omnem ſollici-
" tudinem noſtram nihil ſentiremus perficere, tandem maturè de-
" ſuper præhabitis deliberationibus atque conſiliis ab animorum
" ſuſpenſione, quam antea cum præfatis noſtris Principibus, bo-
" nis reſpectibus eramus amplexi, recedendo, declaravimus men-
" tem noſtram, & felicis recordationis tunc Eugenio Papæ IV.
" *Quem communiter cateri Catholici Reges & Principes pro Romano coluére*
" *Pontifice, obedientiam plenariam exhibuimus, quam & in perſonam Suc-*
" *ceſſoris ejus Sanctißimi videlicet in Chriſto Patris & Domini noſtri Reve-*
" *rendißimi Domini Nicolai Papa V. decrevimus continuandam, ipſumq; pro*
" *vero Chriſti Vicario in Petri Sede locatum colimus & veneramur.*

" Sanè quoniam ſicut accepimus *Sereniſſimus Francorum Rex frater*
" *chariſſimus, inter prafatum Papam Eugenium dum adhuc viveret, & ipſum*
" *genitorem tuum certam tractavit concordiam, per quam, ſi ad concluſionem*
" *perducta fuiſſet, & pax dabatur Eccleſia, & ejuſdem genitoris tui ſtatui*
" *ac honori decenter erat proviſum:* Dilectionem tuam attentè roga-
" mus & hortamur in Domino, tibique ſincera puritate conſuli-
" mus & ſuademus, quatenus memoratum genitorem tuum dili-
" gentur & cum effectu inducas, ut pro Dei laude, pace Eccleſiæ,
" & populi Chriſtiani ſalute, conſervandoque tam ſuo, quam
" tuo, ac totius domus veſtræ, cui ſingulariter afficimur, honore
" atque ſtatu laudabilibus, ſimiliter ut præfertur, vel aliam quam
" obtinere potuerit convenientem concordiam *etiam cum pradicto*
" *Domino Papa Nicolao non recuſet amplecti*, nec hæſitet tranſitoriam
" mundi gloriam, pro qua contendit ſub dubio, libenter ſpernere,
" ut æternam immarceſſibilis gloriæ coronam, quam cum pacificis
" paratam habebit, lætanter valeat adipiſci. Etenim quaſi in manu
" ſua eſt & pacem dare Eccleſiæ, & populo ejus deſideratam præ-
" parare quietem. Nos vero ſi ad hæc diligentia noſtra in aliquo
" ſuffragari poterit, illam ſummo ſtudio impendere cordialiter ex-
" optamus".

Propin

35. Propinquius Galliam ingrediamur In instructionibus datis eodem anno 1447. Archiepiscopo Rhemensi, Excellentissimis Dominis *de Clermont* & *de Lafayete* legatis pro tollendo schismate per Basileenses excitato, sic legitur ex autographo apud dictum Dominum D. Herouval: " *Si le Cardinal d Arles, ou aucun*
" *autre de Bale venoit*, les dessusdits pourront aller, ou envoyer
" vers eux en aucun lieu qu'ils verront, qui sera propice, & la be-
" songner avec eux.

" Item, & s'ils vouloint venir à Lyon, semble qu'il ne seroit
" pas expedient *que ledit Cardinal d Arles, ne autre Cardinal y veinst*;
" & quoy que soit, ne leur devroit estre souffert de porter en-
" seigne de Cardinal. Et pour ce s'ils y vouloient venir, ou s'il
" sembloit aux dessusdits qu'il feust expedient qu'ils venissent
" audit Lyon, faudroit qu'ils entrassent sans chappeau, & se te-
" tenissent en leurs logeis; ou s'ils alloient par ville, qu'ils ne
" portassent point enseigne de Cardinal, & quoy que soit eu re-
" gard des nouveaux, autres que ledit Cardinal d'Arles.

" Item, & bailleront ou envoyeront les dessusdits les lettres
" que le Roy escrit à mondit Sieur de Savoye, ainsi qu'ils advi-
" seront estre expedient; & luy diront ou feront scavoir leur
" creance, ils adviseront estre le mieux. Et en leur creance luy
" diront & remonstreront *qu'il est besoin que sondit pere delaisse cette*
" *pretenduë dignité, qu'il s'en deporte du tout*, & que par ce moyen
" union & paix soit en l'Eglise: & en ce faisant le Roy s'em-
" ployera à faire la chose en la meilleur forme qu'il pourra, & à
" en tenir promesse honorable & prouffitable audit Pere de mon-
" dit sieur de Savoye, ainsi que à ses Ambaxadeurs à esté dit &
" remonstré; & le porteront à cette fois par les meilleurs manies,
" & es meilleurs termes qu'ils verront estre à faire, en deman-
" dant sur ce response, à sa finale entention.

" Item, & pour mettre conclusion en cette matiere, traiteront
" & practiqueront les dessuidits, ou feront practiquer & traicter
" en & par toutes les bonnes maniers qu'ils pourront, & verront
" estre à faire tant avec mondit Sieur de Savoye, *qua avec ceux*
" *de Basle, à les reduire & fair venir à bonne union, en & soubs l'obediessan-*
" *ce de nostre sainct Pere le Pape Nicolas, en la plu honorable forme & ma-*

niere

" *niere pour nostre dit Sainct Pere, & à la conservation de l'honneur & au-*
" *thorité du Sainct Siege Apostolique, qu'ils pouront.* Sic impolitè olim.

36. Non est opus hic multis glossis, aut longa argumentorum deductione. Ipse contextus ostendit evidenter tam in Gallia quam in Imperio Nicolaum V. qui in locum Eugenii electus est, habitum esse pro vero Pontifice. Minime verò Amedæum electum à Basileensibus, & nuncupatum Felicem V. Depositionem Eugenii ab iisdem Basileensibus factam, habitam esse pro nulla & illegitima. Prætensam à Basileensibus Superioritatem Generalis Concilii supra pontificem fuisse explosam. Et consequenter interpretationem decretorum Constantiensis Concilii factam ab illis sess. 33. & 33. renovatam à vobis articulo 2. vestræ *Declarationis* fuisse rejectam à majoribus vestris: qui nequidem cum honore Cardinalitio ipsum Arelatensem (qui pluribus Basileensis Concilii sessionibus præsederat) & creatos à Felice cardinales admittere in consortium voluerunt. Quid ni etiam rejectam dixero ab ipsis Basileensibus, eam quam dederant interpretationem, dum tandem ad unitatem Ecclesiæ redeuntes, & congregationes, quam Lausanæ continuabant, dissolventes ita decreverunt:

37. " Beatæ pacis apertâ viâ Domino concedente, qui tandem ,, Ecclesiam diris attritam languoribus oculo pietatis respexit, ,, summoperè ac diligenti providendum est studio, ne divisionis " ullum amplius supersit vestigium, nullius mentes humanas am- " biguitatis scrupulus inquietet, nullius conscientia latarum & " promulgatarum sententiarum ac censurarum formitudine tabes- " cat, aut scandalum patiatur; sed Populum Christianum, quem " secuit divisitque nubilosa discordia, resarciat & reintegret ,, concordiæ & communionis serenitas. Superiori sanè tempore ,, Sancta hæc Lausanensis Synodus, dum Basileæ perseveraret, ,, ne assentiret tunc Eugenio Papæ IV. Ferrariæ congregationem ,, sub nomine Concilii Generalis erigenti; ac demum postquam ,, erecta extitit, & aliis ab inde subortis differentiis, adversus cu- ,, riam suam sequentes, omnesque & singulos eidem adhærentes & ,, faventes generaliter promulgavit sententias censuras, & pœnas. ,, Nunc vero *cum per renuntiationem quam Sanctissimus Dominus Felix* ,, *Papa V. facere voluit de Papatu purè, simpliciter & sincerè*, medium

paratius

,, paratius & apertius ad conſecutionem perfectæ & integræ unio-
,, nis in Eccleſia Sancta Dei videatur: cupiens eadem Sancta Sy-
,, nodus tam excelſi neceſſariique boni contemplatu, cujus gratiâ
,, cum præfato Sanctiſſimo Domino Felice duriſſimis hactenus
,, non pepercit laboribus, tolli de mundi medio quæ unioni, tran-
,, quillitati & paci univerſalis Eccleſiæ repugnare aut officere
,, poſſent quoviſmodo, omnes & ſingulas excommunicationis,
,, ſuſpenſionis, & interdicti ac privationis beneficiorum, officio-
,, rum, dignitatum, etiamſi Cardinalatus, Patriarchalium, Archi-
,, Epiſcopalium, Epiſcopalium, Abbatialium, aut aliarum quarum-
,, cumque Eccleſiaſticarum, vel Mundanarum, nec non etiam
,, privationis feudorum, bonorum privilegiorum, ac quorumcum-
,, que bonorum & jurium ſpiritualium & temporalium, inhabilita-
,, tioniſque, ad illa, ſeu alias ſententias, cenſuras & pœnas quaſ-
,, cumque & qualeſcumque ab eadem Sancta Synodo, ſeu ejus au-
,, thoritate contra quaſcumque perſonas Eccleſiaſticas vel Sæcu-
,, lares, & etiam Laicales, cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis,
,, conditionis vel præeminentiæ, etiamſi Cardinalatus, Patriar-
,, chalis; Archiepiſcopalis, Epiſcopalis, ſeu Abbatialis, aut alterius
,, cujuſcunque dignitatis Eccleſiaſticæ vel Mundanæ exiſtant;
,, contra Capitula quoque & Collegia quorumvis Eccleſiarum, &
,, Monaſteriorum, ac Ordinum; nec non Dominia Communi-
,, tates, Univerſitates, Civitates, Oppida, & alia quæcunque loca
,, præmiſſarum occaſione differentiarum generaliter emanatas,
,, inflictas & promulgatas, cum omnibus inde ſecutis, etiamſi ad
,, ſententiarum, cenſurarum, privationum, atque pœnarum præ-
,, dictarum declarationem, ſeu illarum aut alicujus earum publi-
,, cationem, ſive plenariam executionem contra perſonas, Capi-
,, tula, Collegia, Dominia, Communitates, Univerſitates, Civi-
,, tates ac Oppida & loca prædicta, communiter vel diviſim quo-
,, modolibet proceſſum foret, quorum omnium & ſingulorum te-
,, tenores, etiamſi de illis plena & expreſſa ac de verbo ad verbum
,, præſentibus mentio habenda eſſet, vult hîc haberi pro expreſſis,
,, decreti hujus tenore, & certâ ſcientiâ, *Decernit & declarat effectum*
,, *ſortiri non debere, ſed perinde haberi ac ſi nullatenus emanaſſent.* Et nihi-
,, lominus ad ſuperabundantem cautelam à prædictis aliiſque cen-

D ſuris

,, ſuris & pœnis occaſione diviſionis prædictæ (eſto quod earum
,, abſolutio & remiſſio Sanctæ Synodo reſervata fuerit in aliis ſuis
,, decretis generaliter promulgatis) ſingulas perſonas abſolvens,
,, omnemque irregularitatis notam ac infamiæ maculam, tam juris
,, quam facti, ſi quam fortaſſis contraxerint, removendo & pœnitus
,, abolendo, habilitat, & cum eis quatenus indigent diſpenſat,
,, ipſaſque ſingulas perſonas, nec non Collegia, Dominia, Com-
,, munitates, Univerſitates, Oppida quoque & loca hujuſcemodi
,, ad famam & honores reſtituit, reintegrat, plenarieque reponit.
,, Datum Lauſanæ in ſeſſione publica hujus Sanctæ Synodi in ma-
,, jori Eccleſiæ Lauſanenſi ſolemniter celebrata decimo-ſexto ka-
,, lendas Maii, anno à Nativitate Domini, milleſimo quadringen-
,, teſimo quadrageſimo nono".

38. Ecce, Confratres mei, qualiter Baſileenſe Concilium re-ceptum fuerit in Gallia per Majores veſtros, hoc eſt Regem & *totam Nationem*, de qua ſtatim. Tota enim prætenſa authoritas in Eugenium IV. quam ſibi Baſileenſes arrogaverant prava ſua Con-ſtantienſis Concilii interpretatione data ſeſſ. 33. & 38. (in cujus conſequentiam ad Eugenii depoſitionem proceſſerant, nec non ad Felicis Antipapæ electionem) annullatur ipſo facto, quo ſe Ni-colao ejus Succeſſori ſubmittunt, ac quæcumque decreverant in adhærentes Eugenio revocant & annullant. Et iſta quidem ad in-ſtantiam & operam Regis *& Nationis* Galliæ longe aliter Conſtan-tienſis Concilii decreta intelligentis, quam vos in articulo 2. ve-ſtræ *Declarationis*. Gallicæ Nationis judicium ſtatim intelligetis.

39. Ipſe Amedæus non tantum prætenſæ authoritati Pontifi-cali renuntiavit, ſed etiam Pontificalia ornamenta depoſuit: pro-pter quæ gratiarum actiones in Gallia ſunt peractæ. Id confir-mant literæ Jacobi Epiſcopi Pictavienſis ad Confratres ſuos & Dominos Cameræ computuum: quarum tenorem, eo modo, quo olim Galli loquebantur, & in libro expreſſus eſt, addo.

40. " Tres-chieres Seigneurs & Freres, je me recommande à
" vous tant comme je puis, & vous plaiſe ſçavoir comme apres
" pluſieurs longs labeurs, ſollicitudes, & diligences en la proſe-
" cution de la paix & union de noſtre Mere Saincte Egliſe, il a
" plu à Dieu noſtre Createur elargir ſa grace à ſon peuple longue-
ment

" ment agité par le ſchiſme & diviſion, qui à eſté, comme ſça-
" viez, depuis dix ans en la Chreſtienté, & tellement que moyen-
" nant icelle grace par la proſecution & bonne conduite du Roy
" noſtre ſouverain Seigneur, & tres-excellent Seigneur le pere
" de Monſieur le Duc de Savoye n'agueres en ſon obeïſſance ap-
" pellé Pape *Fœlix, en grande humilité, liberalement, & ſolemnelement à*
" *renoncé au droict, tiltre, & poſſeſſion*, QU'IL PRETENDOIT EN LA
" DIGNITE' APOSTOLIQUE, LAISSE ET DEPOSE LES ENSEIG-
" NES ET HABITS: *& ceux qui ſe diſoient tenir & celebrer Concil Ge-*
" *neral en cette cité de Lauſane, tranſlaté de Baſle par eux en cette dite cité,*
" *ſe ſont diſſolus, & tous unanimement ont fait obeiſſance à noſtre Sainct*
" *Pere le Pape Nicolas V. en la reconnoiſſant vray Pape unique & Vicaire de*
" *noſtre Seigneur Ieſus Chriſt*: & tout par bons, juſtes, & ſains moyens,
" à l'honneur de tous ſans confuſion de perſonnes; à la ſerena-
" tion de toutes conſciences, & au bien & brefve reformation de
" l'Egliſe, à l'aide de Dieu, comme autrefois plus particuliere-
" ment pouvez ſçavoir, & à tout conſiderer les matieres, les qua-
" litez des perſonnes, & à la forme de faire, & les circonſtances
" des choſes. C'eſt tout evidemment œuvre de Divine, non pas
" humaine, *& en laquelle le Roy noſtre Souverain Seigneur à acquis gloire*
" *& grand honneur, & renommée par toute la Chreſtienté, & memoire per-*
" *petuelle, & immortelle.* Or devons tous bien loüer & regracier
" noſtre benoiſt Saulveur, qui telles & ſi grandes graces nous fait
" à tous ſans nos merites ne deſervices: Et ſingulierement le doi-
" vent loüer, & remercier le Roy noſtre Souverain Seigneur, &
" tous ſes Officiers & Sujets, *car à luy &* A SA NATION *à donné*
" *Dieu l'honneur de cette œuvre*, & maintes autres grandes & eviden-
" tes, voir comme miraculeuſes graces à fait, & fait chacun jour,
" en eſt ſur luy, & ſa Seigneurie ET NATION, autant ou plus que
" en autre nation Chreſtienne, comme vous le ſçavez mieux. Si
" vüillez entant que en vous eſt, pour ce ſingulier don de Dieu,
" & pour tous les autres, & auſſi pour le bon eſtat & gouverne-
" ment de l'Egliſe, & pour la proſperité du Roy noſtre dit Seig-
" neur, ordonner & diſpoſer de faire reindre graces, loüanges, &
" prieres à Dieu, ainſi que vos diſcretions ſçauront mieux, ainſi
" que en tel cas appartient, pour reconnoiſtre le dons de Dieu,

" qui vous ait en sa saincte garde. Ecrit à Lausane le xx. jour d'Avril 1449.

41. Ecce, Confratres mei, etiam NATIONIS vestræ expressum fuit judicium, quod temerè Articulo 2. vestræ *Declarationis* improbatis. Imo vobis ipsis contradicitis. Si enim probatis interpretationem decretorum Concilii Constantiensis datam à Basileensibus, (prout facitis *dicto Articulo 2,*) etiam probare debetis ea, quæ in dictæ interpretationis consequentiam Basileenses decreverunt excommunicando Reges & Principes non adhærentes. Sibi & Amedæo, etiam sæculares inhabilitando quo ad dignitates mundanas. Ergo ulterius destruitis primum Articulum *Declarationis* vestræ: aut certè ista conciliate.

ARTICVLVS VII.

Prosecutio reprobationis Concilii Basileensis factæ per Gallos, ac ipsos Dominos auctores Declarationis.

42. CONfratres mei, tenueruntne Galli omnes à tempore Basileensis Concili, B. Virginem Mariam fuisse ab originali peccato immunem. An omnes etiam Dominicani habiti sunt pro prævaricatoribus Concilii Basileensis, si quid aliter docuerint aut tenuerint? Ecce quid desuper statuerunt Basileenses sess. 36.

43. "Hactenus difficilis quæstio in diversis partibus & coram "hac Sancta Synodo super conceptione ipsius gloriosæ Virginis "Mariæ Matris Dei & exordia Sanctificationis ejus, facta est; "quibusdam dicentibus ipsam Virginem & ejus animam per aliquod tempus aut instans temporis subjacuisse actualiter *Originali* culpæ, aliis autem è converso dicentibus à principio "creationis suæ Deum ipsam diligendo gratiam eidem contulisse; "per quam à macula *Originali* illam Beatissimam personam liberans

"rans & præservans, sublimiori Sanctificationis genere rede-
"mit, cùm fundaret eam altissimus ipse, & ipsam fabricaret Fi-
lius Dei Patris, ut esset Mater ejus in terris.

"Nos vero diligenter inspectis auctoritatibus & rationibus,
" quæ jam à pluribus annis in publicis relationibus ex parte u-
" triusque Doctrinæ coram hac Sancta Synodo allegatæ sunt, a-
" aliisque etiam plurimis super hac re visis, & matura conside-
" ratione pensatis, *Doctrinam illam asserentem Gloriosam Virginem Dei*
" *Genitricem Mariam, præveniente & operante Divini numinis Gratia*
" *singulari*, nunquam actualiter subjacuisse *Originali*, & actuali
" culpæ, Sanctamque & immaculatam, tamquam piam & conso-
" nam cultui Ecclesiastico, fidei Catholicæ rectæ rationi, & Sa-
" cræ Scripturæ, ab omnibus Catholicis approbandam fore, te-
" nendam & amplectendam, definimus & declaramus, *nullique de*
" *catero licitum esse in contrarium prædicare seu docere.*

44. Si Decretum istud seu totum ejus tenorem non recepit Gallia, prout ex vestrorum libris probare possum non recepisse; & Doctores vestros secutos esse constitutionem Sixti IV. & Tridentini Concilii; cur apud vos majoris est interpretatio quam Basileenses antea seu Sess. 33. dederunt super decretis sessionis 4. & 5. Concilii Constantiensis? Videamus alia.

45. "In Consultationibus tetigeram aliqua, per quæ jurisdi-
"ctionem quo ad temporalia Principum, prætenderant Basi-
" leenses. Ego hic ab Anonymo, & à vobis peto, an etiam Gal-
" lia recipiat & recipiatis sequens eorum Decretum quo ad pœ-
" nas temporales etiam Regibus, & Principibus inflictas *in*
Sess. 40.

46. "Præfata Sancta Synodus, quæ electionem *Felicis*, tunc
" Amedei, hujusmodi ejus solemni Decreto cunctis Christi fi-
" delibus publicari curavit, consensum per eundem electum di-
" ctæ electioni præstitum, ac summi Apostolatus acceptationem
" hoc præsenti decreto publicat; & ad notitiam deduci vult sin-
" gulorum: ipsasque electionem, acceptationem, consensus
" præstationem, professionem, investituram, & inthroniza-
" tionem gratas & ratas habens, auctoritate universalis Ecclesiæ
" ex certa scientia approbat, roborat, & confirmat, decernens

Si hoc non dicitis; admittite ergo Concilium Basileense tunc nullius fuisse authoritatis: & consequenter interpretatio decretorum Concilii Constantiensis data ab eodem nullius est roboris vel momenti.

48. Quæro denique an admittatis decretum Sessionis 39. Concilii Constantiensis, an etiam admiserit tota Natio Gallicana? Hoc autem sic habet: " Ut metus seu impressionis mo-,, lestia in electione Papæ eò formidolosius evitetur, quo toti ,, Christianitati lamentabilius eorum incussio seu factio perpetra-,, tur: ultra prædicta duximus specialiter statuendum, quod si ,, quis hujusmodi metum vel impressionem aut violentiam Ele-,, ctoribus ipsis aut alicui ipsorum in electione Papæ intulerit, seu ,, fecerit, aut fieri procuraverit, vel factum ratum habuerit aut ,, in hoc consilium dederit vel favorem, faventes scienter recep-,, taverit, vel defensaverit, aut negligens in executione pœna-,, rum inferius comminatarum extiterit cujuscumque status, gra-,, dus aut præeminentiæ fuerit, etiamsi IMPERIALI, Regali, ,, Pontificali, vel alia quavis Ecclesiastica aut sæculari præful-,, geat dignitate, illas pœnas ipso facto incurrat; quæ in consti-,, tutione Felicis recordationis Bonifacii Papæ octavi quæ inci-,, pit, *Felicis*, continentur illisque effectualiter puniatur.

49. In Capitulo *Felicis* (quod habetur in 6. sub tit. de pœnis) dicitur: " Si quis deinceps in hoc sacrilegii genus irrepserit, quod " Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem fuerit hostiliter insecu-" tus, vel percusserit, aut ceperit, vel socius fuerit facientis, aut " fieri mandaverit, vel factum ratum habuerit, aut consilium " dederit vel favorem, aut postea receptaverit, vel defensaverit " scienter eundem: sicut reus criminis læsæ Majestatis perpetuo " sit infamis, diffidatus, nihilominus & bannitus: sit intestabi-" lis, ut nec testamenti liberam habeat factionem, nec ad ali-" cujus bona ex testamento, vel ab intestato vocetur: quatenus " ab omni successione repulsus, publicaque repulsa confusus, mi-" nus inveniat suæ malitiæ successorem: fiant habitationes ejus " desertæ: & ut non sit qui eas inhabitet, dentur cuncta ipsius " ædificia in ruinam: & ut perpetuæ notam infamiæ perpetua " ruina testetur, nullo tempore reparentur: nullus ei debita red-

dere,

" dere, nullus respondere in judicio teneatur: quidquid etiam in " bonis invenitur ipsius, non transmittat ad posteros sed potius " cum ipso quodammodo damnentur & sua.

Et parum infrà: " Nulli præterea talium filiorum atque ne-,, potum ex virili sexu descendentium ab eisdem, alicujus aperia-,, tur janua dignitatis, aut honoris Ecclesiastici, VEL MUNDANI, , seu ad alicujus loci regimen sit ascensus. Sit eis postulandi negata ,, facultas: sit Notaria vel judicatus, & quodlibet aliud officium. ,, ministerium publicum interdictum. In judiciis eorum assertio ,, contra quemquam nihil fidei, nihil credulitatis inveniat, ut ad ,, testimonium prorsus reddantur indigni.

50. Si decretum istud sessionis 39. approbavit Martinus V. damnavit Articulum I. vestræ *Declarationis*: negatis enim Ecclesiæ quamcumque, etiam indirectam, potestatem in temporalia Principium; negatis facultatem absolvendi subditos à juramento fidelitatis & odedientiæ: qua tamen potestate & facultate usi sunt Constantienses Patres.

51. Si jam dictum decretum Constantiensis Concilii non recipitis, docete me quæso, quomodo allegatis decreta 4. & 5. quia illud pertinebat ad extinctionem schismatis, & ad hoc ut electo Pontifice procederetur ad morum reformationem: atqui in Sess. 4. & 5. decretum fuit in hunc modum: "Quod ipsa Syno-,, dus in Spiritu Sancto congregata legitimæ, Generale Concilium ,, faciens, Ecclesiam Catholicam militantem representans, potesta-,, tem à Christo immediate habet, etiamsi Papalis existat, obedire ,, tenetur in his quæ pertinent ad fidem & extirpationem dictæ ,, Schismatis, & reformationem Generalem Ecclesiæ Dei in ca-,, pite & in membris. Eligite, Confratres mei, hujus alternativæ ,, partem quam volueritis, & incidistis in foveam, quam fecistis".

ARTI-

ARTICVLVS VIII.

Expenduntur breviter alia argumenta Anonymi.

52 APparet ille pius, quippe qui inter occupationes forenses legit Breviarium. Nam, ut probet nullam penitus competere Ecclesiæ authoritatem in temporalia Principum, etiam indirectam, quæ sequitur ex sententia excommunicationis, (per quam interim fideles excusantur à juramento fidelitatis, quousque excommunicatus paruerit) allegat illud, quod in officio Ecclesiastico diei Epiphaniæ adversus Herodem legitur: *Non eripit mortalia qui regna dat cælestia.*

53. Dico autem ego, si quidquid de se dixit Christus, dixerunt Apostoli, cantat Ecclesia; hoc ipsum quoque de Ecclesiæ Prælatis intelligendum sit: etiam Episcopi Galliæ careant equis & rhedis: quia Christus semper pedes, non nisi semel insedit asinæ & pullo ejus: & quidem commodato acceptis. Et qui dixit, *Regnum meum non est de hoc mundo*, dixit etiam de se, *Filius hominis non habet, ubi caput reclinet.* Tollant igitur Episcopi Galliæ argenteam supellectilem, aularum ornamenta, pretiosas lecticas &c. abstineant à vino; quia Christus bibebat aquam, & licet ex itinere fatigatus *Ioannis* 4. posset habere Angelos, qui ministrarent ea, quæ natura humana appetit; tamen Samaritanæ haurienti aquam è puteo dicebat, *da mihi bibere.* Vinum autem non nisi raro sumpsisse legitur: primo quidem in domo aliena, & invitatus, *Ioan.* 2. Deinde in ultima Cœna, valedicturus Discipulis. Si apud Zacheum, Matthæum, & alios (à quibus fuerat invitatus) vinum sumpsit (cujus forte occasione Pharisæi calumniati sunt, quod *esset potator vini*) id fecit, ne videretur eorum oblata respuere: & ut familiariter cum illis conversando faciliores haberet aures præsentium; quorum conversionem, non vinum quærebat.

54. A generali ad particulare descendo. Non eripuit Christus regnum Herodis. Romana Sedes non pætendit eripere Principum regna. Eripit enim, qui, quod alienum est, sibi addicit, &

ſuum proprium facit. Hoc adhuc non fecêre Pontifices. Suum non fecerunt regnum Galliæ, Hiſpaniæ &c. & ſi quos Principes, ſuper quibus temporale dominium non habet Eccleſia, excommunicaverunt, fideles ſubditos eatenus ab obedientia & juramento abſolvendo, *non eripuerunt regna mortalia*, ſed relinquerunt proximis, ſi eſſet ſucceſſivum; vel electioni, ſi eſſet electivum; vel denique adverſus fidei hoſtes imploraverunt arma Principum Chriſtianorum.

55. Hanc implorationem auxilii, ejuſque exhibitionem probet Anonymus eſſe illicitam, & tunc conqueratur, prout facit adverſus Sereniſſimam Hiſpaniæ Domum de occupatis aliquorum infidelium terris; damnet quoque Clodoveum, primùm inter Franciæ Reges Chriſtianum, qui hortante Sanctiſſima illa Matrona Clothilde ejus conjuge, bella pro religione adverſus infideles glorioſe geſſit, & eorum jugum excuſſit.

56. Deinde, ut dixi, verſum illum cantat Eccleſia adverſus Herodis inſaniam, qui ſibi perſuadebat Chriſtum ideo venire, ut in ipſius regno *temporaliter dominaretur*, & illud faceret ſuum. Legat paulò attentius Breviarum D. Advocatus, nec hæreat in uno primarium Veſperarum verſu; perpendat quod ſequitur *in lectione quinta diei 6. infra octavam; Quid eſt quod ſic turbaris Herodes? Rex iſte, qui natus eſt, non venit Reges pugnando ſuperare, ſed moriendo mirabiliter ſubjugare. Nec ideo natus eſt; ut tibi ſuccedat, ſed ut in eum mundus fideliter credat. Venit ergo non ut pugnet vivus, ſed ut triumphet occiſus.*

57. Cæterum ſatis notum eſt à Deo depoſitos ſæpè eſſe & regno privatos Reges; vel repentinâ morte (ut Herodes ille, de quo *Actuum* 12. aliique plurimi) vel ex diris languoribus paulò poſt ſecutâ (ut Antiochus iſte, de quo *Machab.* 2.) vel latâ depoſitionis ſententia: qualis fuit illa adverſus Saülem, *Pro eò quod abjeciſti ſermonem Domini abjecit te Dominus ne ſis Rex*, 1. *Reg.* 15. *v.* 23. & paulò poſt, *Projecit te Dominus ne ſis Rex ſuper Iſraël.*

58. Objicit ſecundo Anonymus, *Si Papa in quaſtionibus fidei definiendis foret infallibilis, ſequeretur quod etiam haberet poteſtatem in temporalia Principum: ſed conſequens eſt abſolutè pernicioſum, ergo nullatenus Reges & Principes poſſunt admittere antecedens: & omnibus modis collaborare debent, ut pernicioſam illam de infallibilate opinionem è regnis ſuis*

fuis prorsus eliminent. Hoc ad invidiam conflandam adversus Romanam Sedem exagerat *pag.* 12. 13. 14. 15. ubi inter cætera scribit: *Il est clair que la superiorité des Papes sur les Roys dans le temporel, est un dogme inseparable de l'infallibilité,*

59. Optime, Confratres mei, contra vos, & seipsum argumentatur. Contra vos: quia non negatis, nec negare potestis infallibilitatem Ecclesiæ & eam repræsentantis Concilii Generalis. Manet enim inconcussum illud, *Ecclesia est columna & fundamentum veritatis.* Si ergo rectè concludit Anonymus, confundit vestrum primum Articulum. Contra se ipsum; quia admittit judicium Ecclesiæ, vel Concilii Universalis ipsam repræsentantis, esse infallibile in definiendis quæstionibus fidei, ergo juxta modum argumentandi, quo utitur, collaborare debent Reges, ut istam de infallibilitate Ecclesiæ & Concilii Generalis doctrinam eliminent regnis suis, quia, perniciosæ esset sequelæ.

60. Væ Galliæ, si multos habet Doctores vel Advocatos ejusmodi: quia jam actum est de fide; eversa est omnis authoritas Generalium Conciliorum. Exulet etiam è Gallia Sacra Scriptura: quia quod sit à Deo divinitus inspirata, quod linguæ Prophetarum fuerint calamus Scribæ veraciter scribentis, non aliunde vobis, cæterisque constat; quam per authoritatem Ecclesiæ, tradentis & definientis in Conciliis quinam libri sint Canonici vel Apocryphi.

61. Denique in jam citatis foliis miscet Anonymus aliqua de quæstionibus facti, confundit factorum species, confundit præsumptam veritatem sententiarum, ex indiciis & testimoniis hominum sæpe fallentium, latarum, de quibus dicit Regula Juris 207. *Res judicata pro veritate habetur*, cum certitudine decretorum doctrinalium. De quibus omnibus dicam, dante Deo, in parte sequenti.

Tertio allegat interjectas fuisse appellationes à decretis Pontificum etiam fidei materiam concernentibus, ad Concilium Generale, & *pag.* 42. refert ex Constantiensi Concilio quod legitur in ejus conclusione; cujus textum integrum subjungo, quia ex illa præcipuè fundat à *pag.* 41. usque ad finem, prætensam authoritatem Generalis Concilii supra Pontificiam. Ita ergo legitur:

62. Absolutio Concilii. Domini, ite in pace. Et responsum „fuit per adstantes: Amen. Quo facto Rev. Pater Joannes de Po„dyomitis Episcopus Catanensis, Frater Ordinis Prædicatorum, „Sacræ Theol. Professor, de mandato Domini nostri Papæ, & „consensu Sacri Concilii (ut asseruit) ambonem ascendit. Ante„quam autem ad talia se diverteret, seu procederet, Ambasiatores „Serenissimi Principis Uladislai Poloniæ Regis, & Illustrissimi „Principis Domini Alexandri, alias Witoldi Magni Ducis Li„tuaniæ, petierunt nomine dictorum Dominorum quemdam libel„lum, & in eo contenta cujusdam Fratris Falkemberg, notoriè „crudelissimos errores & hæreses (ut dixerunt) continentem, ritè „damnatum, tamquam hæreticum per Deputatos in causa fidei, ac „etiam per omnes nationes Concilii, ac per Collegium Cardina„lium conclusum (prout dixerunt) constare publicis instrumentis, „in sessione publica per Sacrum Concilium damnari, seu publicè „damnatum pronuntiari, antequam præsens Concilium dissolve„retur, Sanctissimo Domino nostro Papæ præfato humiliter sup„plicarunt: alioquin nomine quo supra protestabantur de grava„mine *& de appellando ad futurum Concilium.* Quibus sic factis, San„ctissimus Dominus noster Papa dixit respondendo ad prædicta, „quod omnia & singula determinata, conclusa & decreta in mate„riis fidei per præsens Concilium, conciliariter tenere & invio„labiliter observare volebat, & nusquam contraire quoquo modo: „Ipsaque sic conciliariter facta approbat & ratificat, & non aliter, „nec alio modo. Et illud idem iterato fecit dici per organum „Domini Augustini de Pisis Fiscalis & Sacri Consistorii Advocati „prædicti, qui nomine Papæ à Protonotariis & Notariis ad scri„bendum acta Concilii ordinatis & deputatis petiit instrumenta „publica fieri. Et ex tunc prælibatus Dominus Episcopus Cata„nensis fecit collationem solennem, assumendo pro themate hæc „verba, videlicet: *Vos nunc tristitiam habetis: iterum autem videbo vos, „& gaudebit cor vestrum.* Qua quidem facta collatione, Reveren„dissimus Pater Dominus Antonius titulo S. Cæciliæ S. Romanæ „Ecclesiæ præsbyter Cardinalis, de Chalanco vulgariter nuncupa„tus, de mandato ipsius Domini nostri Papæ & voluntate Concilii „(ut asseruit)" quædam Decreta publicè legit. Potiora per spe„ciales Articulos examinemus.

AR-

ARTICVLVS IX.

De appellatione á sententia Sanctæ Sedis ad futurum Concilium.

63. HAc de re scripsit Gerson in opusculo, cujus hic est Titulus: *An liceat in causis fidei à Summo Pontifice appellare seu ejus judicium declinare.* Scripsit etiam Ockam præ aliis nonnullis: sed de hoc authore ita scripsit Gerson in dicto opusculo, *Hanc materiam latißime & studiosißime prosecutus est, & fundavit Ockam in dialogo suo. Cujus solius authoritati non oportet inniti, quamvis fuerit egregius Theologus: sed innitendum est rationibus suis pro quanto robur & authoritatem accipiunt à Sacra Scriptura, cujus contemptus cum suis Professoribus sæpe duxit & ducet in errorem.* Plures ex rationibus quas Ockam adduxit, repetiit & Gerson, & addit alias ex sess. 4. & 5. Concilii Constantiensis, item ex Concili Pisani facto, seu depositione Gregorii & Benedicti XIII. de quo ante.

Verum nec suas nec præfati Ockam rationes concludere fatetur ipsemet Gerson prope finem dicti opusculi, in quo sic concludit: *Hæc dicta sunt vel argumentata magis ad veritatis inquisitionem, quam ad alicujus reprehensionem.*

64. Sed audacior noster Anonymus intrepidè ejusmodi appellationes admittit: idque ex quorumdam facto, & præcipue legatorum Regis Poloniæ jam allegato in conclusione Constantiensis Concilii. Ego dante Deo, Gersonis, Ockam aliorumque ratiunculas postea expendam; hic autem mihi cum Advocato quæstio est. Agam ergo Juridice cum illo, & quod Theologi non proposuerunt, exponam.

65. Age, *parum Consulte Domine*, quid est appellatio, à quo judice fit, ad quem, quæ forma eam prosequendi? Galliæ Jurisconsulti, edicta Regia Jus commune, tam Civile quam Ecclesiasticum, sententiæ Tribunalium Galliæ, quas referunt Charondas Maynard, Papon, Tournet, Bouchel, aliique tradunt appellationem

esse provocationem ab inferiore Judice ad superiorem : tempus breve statuunt, intra quod ejus prosecutio fiat : (videte si lubet vestrum Imbertum in sua practica civili & criminali lib. 2. à principio usque ad caput 16. & citatas in annotationibus Leges Galliæ, aliaque) non appellatur ab ipsis supremis Principibus, sed ad ipsos, *stultum est*, inquit Lex 1. *ff à quibus appellare non licet, illud admonere, à Principe appellare fas non esse, cum ipse sit qui provocatur.* A delegatis per Principem Judicibus, ad ipsum Principem appellatur : & generaliter à delegato ad delegantem, seu commisso ad committentem, *l.* 1. *&* 2. *ff. quis à quo appelletur.* Idem docent Scriptores vestri jam citati quibus addo Rebuffum *Tomo* 1. *ad Constitutiones Regias*, Lucium Annæum, Robertum, Joannem Gallum, Guidonem Papæ. Nec dubito vos habere innumeros alios, qui ad manus meas non pervenerunt.

66. Summus Pontifex cujus est Vicarius ? Nonne Christi ? Ejus Primatum ab ipso institutum fatemini in proœmio Declarationis vestræ dicentes, *Primatum S. Petri, ejusque Successorum Romanorum Pontificum.* Fatemini Articulo 1. & 2. illum esse *Christi Vicarium:* igitur ad Christum interponi debuissent Appellationes, si fuisset, illis ut Anonymus prætendit, locus, non autem ad Generale Concilium.

67. Præterea Ecclesia militans sæpissime in Scriptura appellatur Regnum v. g. *Matthæi* 13. *v.* 11. 19. 14. 31. Illius ergo status est Monarchicus. Quis Ecclesiæ Monarcha visibilis, nisi Romanus Pontifex ? A Monarchis non datur appellatio, nec ferret Galliæ Rex à se appellari. Quomodo ergo appellatio ab Ecclesiæ Monarcha visibili ? nisi ad illud invisibile Caput, cujus est Vicarius, hoc est, *Christum*, qui Judicum hujus Mundi sententias discutiet, & ut dicit Propheta Psalsmo 74. *cum acceperit tempus justitiæ judicabit.* Dirigat igitur Anonymus suas à Pontifice Appellationes ad tribunal vallis Josaphat.

68. Præterea de jure adhuc agamus, & D. Advocatum *parum consultum* instruamus in materia appellationum. Præscribit jus commune ut dixi intra certum tempus prosecutionem appellationis fieri (videte Leges Codicis sub tit. de temporibus & reparationibus appellationum) idem præcipiunt Canones *cap.* 4. *de appel-*

appellationibus, cum aliis pluribus citatis ibidem à Wamesio & aliis interpretibus. Tempora similiter præscribunt Galliæ Leges, observant omnia ejus tribunalia. Quotquot vero legi à Pontifice ad Concilium Generale appellasse, simul adverti eos non esse prosecutos: appellatio igitur juxta eadem Jura & Authores vestros fuit deserta, fuit nulla; decreta, à quibus appellatum est, transiverunt (ut loquuntur Juris consulti) *in rem judicatam.* Paria enim sunt. *Non appellare & appellationem non prosequi.* De quo axiomate, si dubitetis instruent vos Scriptores omnes, quorum ingentem numerum etiam Gallorum subministrat vobis Damhauderius *in locis parium*, verbo *appellare*, Tuldenus *in notis ad eundem.*

69. Sed forsan D. Advocatus *parum clarus, parum consultus* confudit *appellationem* cum *supplicatione* & *revisione*; quæ adversus sententias Supremorum Vicariorum (quales erant Præfecti prætorio) concedebatur quidem, sed non *appellatio.* Isti Præfecto, qui cum suo Jurispetitorum Senatu, tamquam Assessoribus (inter quos fuere Paulus & Ulpianus *l. 40. ff. de rebus creditis,*) similes sunt Supremarum Curiarum Cancellarii, & Præsides Parlamentorum, à quibus non datur *appellatio* etiam in Gallia: sed sola *supplicatio* & *revisio.*

70. Summus Pontifex est ut minimum similis Prefecto Prætorio, cujus Senatus semper fuit & est Romanus Clerus seu Collegium Cardinalium. Si Anonymus per *appellationem* intellexit *supplicationem* & *revisionem*, etiam hic causa cecidit; quia, qui hactenus appellaverunt ista impropria *appellatione*, seu *supplicaverunt* pro causæ *revisione* in materiis fidei, non sunt prosecuti, ac nequidem ea præstiterunt, quæ ad *revisionem* necessaria sunt: inter quæ est præsentatio & exhibitio sumptuum necessariorum pro itinere & intertentione conjudicum adjungendorum illis, qui sententiam, à qua supplicatum est, tulerunt. Nec enim qui sententiam tulit debet anticipare sumptus *revisionis*; sed ille, qui *revisionem* petit: soletque illa fieri in Tribunali, in quo sententia lata est. Ista passim docent Scriptores vestri. Igitur quando placebit D. Advocato vel ejus sequaci provocare ad Generale Concilium, cogitet prius de expensis pro convocatione omnium Episcoporum orbis Christiani, itinere eorumdem, pro intertentione tempore discussionis

causæ,

causæ, & reditu. Dum illas parat, erunt, qui ostendent frivolam esse appellationem, & ab ipsis judicibus rejiciendam,

71. In puri facti quæstionibus revisionem admittunt Summi Pontifices, quæ coram se & suo Collegio fiat. Hoc testatur Canon 5. ẍ *de rescriptis*, Glossa & alii Doctores ibidem, nec non historiæ plurès: ex quibus constat Pontifices causas facti, quarum probationes ex testimoniis hominum pendent, revocasse ad iteratum examen: & in partibus delegasse Judices, qui testimonia exciperent, & processum instructum ad Sedem transmitterent.

ARTICVLVS X.

Expenditur an Martinus V. confirmaverit Decreta sess. 4 & 5 Concilii Constantiensis & an Eugenius IV. admiserit illa esse conciliariter facta.

72. ANtea egi de prava interpretatione dictorum Decretorum data à Basileensibus, nunc videndum de eorum authoritate, exclusâ prædicta interpretatione.

Anonymus Advocatus pag. 42.43.44.45. prætendit fuisse approbata à Martino *in Conclusione Concilii* relata præcedenti Articulo: & ad id probandum profert illa verba: *Sanctissimus D. noster Papa dixit, respondendo ad prædicta, quod omnia & singula determinata in materiis fidei per præsens Concilium conciliariter, tenere & inviolabiliter observare volebat, & nunquam contraire quoquo modo: ipsaq; sic conciliariter facta approbat & ratificat, & non aliter nec alio modo.*

Ex his verbis prætendit concludere pro dicta approbatione, seu ita scribit pag. 43. *Or il est evident qu'on ne peut pas douter que les Decrets de la Superiorité du Concile n'ayent esté premierement examinées & conclus par les Nations, & puis arrestées & determinées en deux seances publiques & generales du Concile, sçavoir en la 4. & en la 5. ou il est marqué que ces Decrets avoient esté premierement deliberéez & conclus par toutes les Nations: certa Capitula per modum constitutionum prius per singulas*

gulas quatuor Nationes conclusa & deliberata legit & publicavit. Et il est dit à la fin que le Concile les avoit uniformement approuvées & conclus. Quibus Articulis sive Constitutionibus lectis, dictum Concilium eos, & eas uniformiter approbavit & conclusit. Ne faut il donc pas avoir perdu toute pudeur pour oser nier que Martin. V. ait approuvé ces Decrets, puis qu'il a si expressement approuvé tout ce qui avoit esté determiné dans le Concile Conciliariter, & qu'il est plus clair que le jour que ces Decrets y ont esté determinéez Nationaliter & Conciliariter.

73. Eadem Decreta vult esse approbata ab Eugenio, & sic scribit: *Aussi nous voions, que le Pape Eugene IV. quoy qu'il ait tousjours travaillé pour se mettre au dessus des Conciles, n'osoit pas neantmoins s'opposer ouvertement à ces decrets du Concile de Constance, ny les rejetter, comme n'ayant pas esté approuvez par Martin V. son Predecesseur, mais il pretendit seulement, que le Concile de Basle en avoit abusé en les expliquant en vn mauvais sens:* Quod Concilium Constantiense in malignum sensum pertraxerint, *parce qu'il avoit pris droit sur cette definition de le deposer & de créer un autre Pape.* Eodem repetit pag. 45. & dicit: *On ne peut donc soustenir avec la moindre vray-semblance, que Martin V. n'ait pas approuve les decrets du Concile de Constance touchant la Superiorité des Conciles Generaux. Et ce qui le fait encor voir, est que le Pape Eugene IV. quoy qu'il ait tousjours travaillé pour se mettre au dessus des Conciles, n'osoit pas neantmoins s'spposer ouvertement à ces decrets de Constance, ny les rejetter comme n'ayant pas esté approuvez par Martin V. son Predecesseur: mais il pretendoit seulement, que le Concile de Basle en avoit abusé en les expliquant en un mauvais sens,* Quod Concilium Constantiense in malignum sensum pertraxerint, *parce qu'il avoit pris droit sur cette definition de le deposer & de créer un autre Pape.*

74. Vah temerarium Advocatum! approbavitne Eugenius dicta decreta dicti Conciiii Constantiensis? Censuitne à Martino V. esse approbata? Solumne de Basileensium interpretatione conquestus est? Non legit Florentinum Concilium part. 3. in constit. quæ incipit *Moyses?* Ecce Concilii verba: " Postremo " memorati scandalorum duces, (Basileenses) numero quidem " paucissimi, quorum plerique conditionis infimæ & nominis, " veræ pacis odiosissimi, iniquitatem super iniquitatem apponen- " tes, ut non intrarent in justitiam Domini, dum Spiritus San-

 cti

" cti gratiam pro ipsorum Græcorum unione jam in nobis ope-
" rari conspicerent, à recta linea per anfractus erroris exorbi-
" tantes, prætensam quadam XVII. Kalendas Junii proxime præ-
,, teriti sessionem fecerunt, in qua quibusdam decretis, licet per
,, unam tantum ex tribus obedientiis post recessum Joan. XXIII.
,, sic in eadem obedientia nuncupati, constantiæ schismate tunc
,, vigente editis, inhærere se dicentes, tres propositiones, quas
,, fidei veritates vocant, quasi nos & omnes Principes & Præla-
,, tos, & alios fideles & devotos Apostolicæ Sedis hæreticos fa-
,, cerent, protulerunt".

Hoc ipsum objecit ipsis in opere *de Ecclesia* Card. Turrecrementa, qui una cum Eugenio tunc in minoribus constituto interfuerat Concilio Constantiensi, & dixit: " Decreta de pote-
,, state Consilii supra Papam, quæ inducuntur, nullius sunt roboris
,, vel momenti, quoniam in illorum determinatione non inter-
,, venit universalis Ecclesia, sed una tantum obedientia Joan-
,, nis XXIII. & etiam nec integre tota illa obedientia, quoniam
,, plures Patres doctissimi illius obedientiæ non præstiterunt con-
,, sensum, imo nec ipse XXIII.

Cum ergo Martinus non approbaverit omnia quæ egerunt Constantienses, sed tantum CONCILIARITER ACTA, & NON ALITER NEC ALIOMODO (sic habet Concilii conclusio) sequitur ex ipsomet Anonymi fundamento decreta sess. 4. & 5. non esse approbata.

75. Replicarunt Basileenses quod Martinus approbaverit facta sub unius Joannis XXIII. obedientia; quia in constitutione quæ incipit, *inter cunctas*, approbavit condemnationem errorum *Ioannis Wicleff* & *Ioannis Hus* factam sess. 8. quo tempore nondum accesserat obedientia Gregorii XIII. & Benedicti XIII. Respondeo: Objectioni illi dudum satisfactum esse à Cajetano, qui in opusculo de potestate Papæ & Concilii scripsit: *Quod congregatio Constantiensis inchoavit primo in obedientia Ioannis XXIII. & deinde iterum in conjunctione obedientiæ Gregorii XII. & tertio in conjunctione obedientiæ Benedicti XIII. consummata est, & post electionem. Martini V. in eodem Concilii Præsidentis authorizata: & ab hoc nobiliori & certiori statu nuncupative in quolibet statu Concilium Generale vocatur à Papa nominibus*

utendo

utendo ut plures absque veritatis offensâ. Imò ut insinuaret Pontifex, quod ab hoc ultimo statu Concilium appellabat Generale, præfato interrogatorio fidei præterito conjunxit præsens, dicens, quod Concilium approbavit & approbat, condemnavit & condemnat.

76. Nonnulla alia in dictis paginis miscet Basileensium argumenta, quæ in ipsis Conciliorum Tomis, impressis Lutetiæ Parisiorum hoc sæculo, reperiuntur refutata ad calcem dictæ Constitutionis *Moyses*, sed quia non habuit quod replicaret, invehitur in Binnium, Sirmondum, Viros doctissimos, Coriolanum Poggium, Blondum, Turrecrematam, Baronium, Raynaldum, aliosque. Unde pag. 31. ait:

Pour les continuateurs (de Baronius *) ils suivent tous son esprit, & ne font que marcher sur ces pas; mais sans l'egaler en ce qu'il a de bon, ils surpassent de beaucoup en ce qu'il a de mauvais: Cela est vray, principalement du dernier & du plus ample qui est* Raynaldus. *Il ne se peut voire rien de plus foible d'une parte & de plus emporté de l'autre; & il est honteux à l'Eglise qu'un Escrivain si peu habile ait entrepris d'en escrire l'Histoire. C'est une homme sans lumiere, sans esprit Ecclesiastique, sans style, sans jugement, sans sincerité, sans bonne foy; qui debite avec une hardiesse insupportable, & comme si c'estoient autant d'Articles de Foy, les plus insoutenables pretentions de la Cour de Rome: qui allegue les autheurs les plus partiaux & les moins dignes de creance, comme Poggius, Blondus, Turrecremata, & autres semblables pour des tesmoins irreprochables, & apres lesquels ou soit obligé de condamner les plus gens de biens, & ceux mesme dont Dieu a fait connoistre la Sainteté par de Miracles, comme le Cardinal d'Arles &c.*

77. Pulchrè imitatur hæreticos & alios plures hujus sæculi Scriptores, qui dum non habent quod argumentis adversariorum reponant, ad personales injurias convolant: contemnunt eorum libros ne legantur; hoc est ne ipsi contemptores errorum convincantur. Cachinno etiam ipse excipiendus est, dum allegat authoritatem Cardinalis Arelatensis, quem constat facti pœnituisse & Gallicam *Nationem* improbasse illa, quæ egerat, dixerat, sustinuerat in Concilio Basileensi.

78. Et si argumenta, quibus sunt Turrecremata, Bellarminus, aliique Doctissimi, qui adversus Hæreticos & Schismaticos scripserunt,

ſerunt, ideo contemnenda ſint quia Sedi Apoſtolicæ omnium Eccleſiarum Matri & Chriſti Vicario adhæſerunt, cur non pari ratione uno verbo explodendi ſunt qui adheſerunt Baſileenſi Concilio, Duci Amedeo, ſeu Felici V. nuncupato, aut ſæcularibus Principibus Schiſmaticis? Ecce quod de ockam & aliis dicit veſter Petrus Friſon Pariſienſis Doctor, & in magna Franciæ Eleemoſinaria Vicarius Generalis, *in ſua Gallia purpurata*, quam dedicavit Cardinalibus de Richelieux & Lugdunenſi; pag. 64. ſic ſcribens: *Bavarus redit ad vomitum, nec flecti poteſt Benedicti benigno procedendi modo, ſed Spiræ in conventu Principum conqueritur vix ſane menits. Guillelmus Ockam & Dantes Poëta animati à Bavaro, acuunt venalem calamum in Pontificem, optime affectum erga Franciſcum Petrarcham Poëtam laureatum qui fuit Roberto Neapolitano amiciſſimus, &c.*

79. Verum Confratres mei, injuriarum & calumniarum telis non pugnemus, ſed argumentis; & pauliſper adhuc videamus unde probet Advocatus ſeſſionem quartam & quintam Concilii Conſtantienſis fuiſſe approbatam à Martino V. ut autem efficaciam argumenti ejus intelligat plenius lector, rogo ut advertat Conſtantienſis Concilii fuiſſe quinque ſtatus.

80. Primus fuit ſub una obedientia Joannis XXIII. qui duravit uſque ad Seſſionem XII, paulo poſt obedientiæ Joannis juncta fuit obedientia Gregorii XII. quo renuntiante Papatui, reſtabat ex prætendentibus pro Pontificatu ſolus Benedictus XIII. & hic fuit ſecundus ſtatus. Benedicto contraveniente juramento ſuo, quo promiſerat ſe Pontificatui renuntiaturum, ſi competitor renuntiaret; tandem plerique ex iis, qui ipſi adhærebant, eum deſeruerunt, & aliis ſe junxerunt & hic fuit tertius ſtatus. Benedicto ob violationem contractus, quo ſe electoribus & Eccleſiæ obligaverat renuntiare, ſi renuntiaret competitor, tum ob alias cauſas, quæ ad abundantem cautelam vinctæ ſunt, depoſito, ſucceſſit quartus ſtatus: in quo de novo Pontifice eligendo, de electoribus, de forma & modo electionis, de certis reformandæ Eccleſiæ Capitulis actum fuit à Patribus, inter quos fuit Odo Cardinalis de Columna, qui electus eſt ipſo die S. Martini ſeu 11. Novembris; & tunc cepit quintus Concilii ſtatus, qui duravit uſque ad 22. Aprilis anni ſequentis: quo facta eſt illa Concilii abſolutio, quam retuli Articulo præcedenti. Inter

81. Inter electionem prædictam & Concilii absolutionem multa acta sunt Conciliariter, Martino præsente & præsidente, ut dicitur Sess. 42. & primo quidem *de liberatione & traditione Balthazaris, qui in sua obedientia dictus erat Ioannes XIII.* deinde in sess. 43 multa fuerunt de *exemptionibus, unionibus, Simonia, dispensationibus* &c. die 22. Februarii damnati sunt varii errores circa fidem: sic enim damnationis Decretum terminatur, *datum Constantiæ* 8. *Kalendas Martii Pontificatus nostri anno primo.* Paulò post, seu 19. Aprilis in sess. 44. factum fuit Decretum, quo determinatus est locus proximè futuri Generalis Concilii: ac tandem in sess. ultima seu 22. ejusdem mensis Aprilis facta est, ut dixi, absolutio Concilii.

In hác dixit Martinus, inquit Anonymus, *quod singula determinata & decreta in materiis fidei per præsens Concilium, conciliariter teneret & inviolabiliter observare vellet, ipsaque sic conciliariter facta approbaret & ratificaret, & non aliter nec alio modo.*

Atque hic est totum fundamentum quo prætendit dictæ sess. 4. & 5. decreta, ab una tantum obedientia, ut dixi, facta, fuisse confirmata. Sed evidenter convincitur ex ipsismet, quibus utitur verbis *conclusionis* dicti Concilii Constantiensis. Non enim dicit Martinus *se tenere quidquid per aliquam, vel aliquas obedientias fuit Constantiæ conclusum*: sed dicit per *præsens Concilium*, & addit *sic conciliariter* facta approbat. At verò præsens Concilium constabat tribus obedientiis, quia scilicet accesserat obedientia Gregorii & Benedicti, & Principes qui Benedicto adhærebant, illum quoque deseruerant. Id constat ex sess. 35. usque ad 40. Jamque præsidebat Martinus.

Sed urget Anonymus Martinum etiam approbasse Decretum quod incipit *frequens*, factum sess. 39. quo tempore nondum erat ipse electus. Approbavit autem hoc modo in sess. 44. *Cupientes & volentes decreto hujus Generalis Concilii satisfacere, inter alia disponenti, quod omnimodo Generalia Concilia celebrentur in loco, quem Summus Pontifex per mensem ante finem hujus Concilii. approbante & consentiente Concilio, deputare & designare teneatur; pro loco dicti proximè futuri Concilii celebrandi, eodem consentiente & approbante Concilio civitatem Papiensem tenore præsentium deputamus.*

82. At hic similiter dico, non aliis opus esse copiis ad homi-

nem debellandum, quam hisce Martini verbis: cum enim non omnia, quæ Constantiæ acta sunt sub nomine Generalis Concilii, confirmet; Sed tantum illud decretum *frequens*; ideo per argumentum à contrario sensu (quod in jure fortissimum esse dicit lex 1. *ff. de officio ejus, cui mandata est jurisdictio)* sequitur alia dicti Concilii decreta non esse per hanc Martini constitutionem approbata. Idem sequitur per argumentum, quod Canonum & legum periti vocant *à speciali.*

83. Verum addit Anonymus Martinus nomine *Concilii* in dicta constitutione non intelligit illud quod ipso presente celebratum est, sed intelligit id quod ante ipsius electionem actum est. Respondeo intelligit plane, nempe ipsam sess. 39. in qua jam omnes tres Obedientiæ convenerant, & cum nullus esset Pontifex, repræsentabant universalem Ecclesiam. Inferat jam D. Advocatus: *Confirmavit Martinus decretum sess. 39. in qua jam erat Concilium plenarium in quo tres obedientiæ convenerant, vacante Divi Petri Cathedra: ergo confirmavit decreta sess. 4. & 5. facta ab una obedientia absente Ioanne XXIII.* quilibet modicus Logicus, quilibet Advocatus Galliæ negabit ipsi consequentiam; & ipse fiet magnus Apollo, quando probare didicerit. Vix credo aliquem sibi persuasurum tam ineptum fuisse Parisiensem Advocatum in dict. pag. 24. & aliis, nisi ejus duas sententias adjungerem, per quas breviter comprehendit totum quod in dictis paginis buccinat. Prima concernit approbationem quam prætendit factam in conclusione Concilii Constantiensis: alteram concernit approbationem, quam prætendit factam ab Eugenio, de qua Articulo sequenti.

84. Quoad primam sic loquitur pag. 43. "*Le Pape enferme dans „son approbation tout ce qui avoit esté determiné* CONCILIARITER, *& „n'en exclut que ce qui ayant esté conclu par les Nations, n'avoit esté arresté „que* NATIONALITER, *& non pas* CONCILIARITER, *parce qu'on ne „l'avoit pas proposé dans les seances publiques & generales du Concile, telle „qu'avoit esté la condamnation de ce livre de Iean Falkenberg laquelle il ne „vouloit pas ratifier pour des causes qui nous sont inconnuës. Or il est evident „qu'on ne peut pas douter que les decrets de la Superiorité du Concile n'ayent „esté premierement examinés & conclus par les Nations, & puis arrestés & „determinés en deux seances publiques & generales du Concile, sçavoir en*

la 4.

le 4. & en la 5. où il est marqué que ces decrets avoient esté premierement,, deliberez & conclus par toutes les Nations: Certa Capitula per modum,, constitutionum prius per singulas quatuor Nationes conclusa &,, deliberata legit & publicavit. *Et il est dit. A la fin de la seance que le,, Concile les avoit uniformement approuvés & conclus.* Quibus Articulis,, sive constitutionibus lectis, dictum Concilium eos & eas uni-,, formiter approbavit & conclusit. *Ne faut il donc pas avoir perdu toute,, pudeur pour oser nier que Martin V. ait approuvé ces decrets, puis qu'il à si,, expressement approuvé tout ce qui avoit esté determiné dans le Concile* CON-,, CILIARITER, *& qu'il est plus clair que le jour que ces decrets y ont esté,, determinez* NATIONALITER *&* CONCILIARITER''.

85. Quæ species hic consequentiæ? Martinus V. Præsidens Concilio dixit, *se approbare decreta in materia fidei facta per* PRÆSENS CONCILIUM, in quo erant, ut dixi, unitæ tres obedientiæ, sub ipso uti capite: ergo approbavit etiam decreta, ab una tantum obedientia facta, absente eorum capite. Item approbavit decreta *per Præsens*, ut dicit, *Concilium facta.* Ergo approbavit quæcumque sub nomine Constantiensis Concilii ante illud tempus facta. Tertio approbavit, inquit, *decreta facta ab una obedientia* tempore schismatis; ergo decrevit, quod extra ejusmodi casum Concilium esset supra Pontificem certum & indubitatum. Quarto approbavit Martinus factum à tertia ad summum parte Cardinalium & Episcoporum (habebant enim duo alii de Papatu contendentes magnas sibi adhærentes respectivè partes) ergo hinc sequetur tertiam Prælatorum orbis Christiani partem posse Romanum Pontificem è Cathedra detrudere. Istæ sunt sequele Doctrinæ D. Advocati. Qui cum sit magnus Juris-consultus (scilicet) unum adhuc ex jure proferam argumentum.

86. In *l. 2. & aliis pluribus ff. de probationibus, in l. 1. Cod. eodem,* & *aliis ibid.* dicitur, *Eum qui asserit probare debere.* Asserit ipse verba ista, *Præsens Concilium* comprehendere non tantum Concilium quod erat, dum Martinus præsidebat: sed etiam temporis anterioris, seu congregationes omnes, à tempore Joannis XXIII. Probet igitur vocis *Præsens* significationem illam retrotractivam ad omnia antecedentia tempora & status, in quibus aliqui Prælati fuerunt Constantiæ congregati; quodque dicta retractatio fiat

usque

uſque ad ſtatum primum incluſive. Catholicis enim id negantibus nulla incumbit probatio *per allegata jura.*

ARTICVLVS XI.

An Eugenius IV. & Pius II. approbaverint prætenſam illam Superioritatem Concilii ſupra Pontificem, quando eſt certus & indubitatus.

,,87. ON ne peut donc, *inquit*, ſouſtenir avec la moindre ,, vrayſemblance, que Martin V. n'ait pas approuvé les ,, Decrets du Concile de Conſtance touchant la Supe-,,riorité des Conciles Generaux. Et ce qui le fait encore voir, eſt ,,que le Pape Eugene IV. quoy qu'il ait touſiours travaillé pour ſe ,,mettre au deſſus des Conciles, n'oſoit pas neantmoins s'oppoſer ,,ouvertement à ces Decrets de Conſtance, ny les rejetter comme ,,n'ayant pas eſté approuvez par Martin V. ſon Predeceſſeur: mais ,,il pretendoit ſeulement, que le Concile de Baſle en avoit abuſé ,,en les expliquant en un mauvais ſens, *Quod Concilium Conſtan-,,tienſe in malignum ſenſum pertraxerint*, parce qu'il avoit pris droit ſur ,,cette definition de le depoſer & de créer un autre Pape.

Mais ſur la fin de ſa vie l'Empereur Federic & les Princes d'Al-,,lemagne qui eſtoient demeurez dans la neutralité entre le Con-,,cile de Baſle & ce Pape, ſe voulant reünir avec luy, l'une des con-,,ditions de cet accord fut qu'Eugene feroit par une Bulle la pro-,,feſſion qui avoit dé-jà eſté faite en Allemagne par ſes Legats, *de ,,la puiſſance, authorité, & prééminence des Conciles Generaux, qui repre-,,ſentent l'Egliſe Catholique Militante.* Ce ſont les propres termes de ,,la harangue que luy fit Æneas Sylvius au nom de Princes. *Alte-,,rum eſt ut profeſſio poteſtatis, authoritatis, & præminentiæ Generalium Con-,,ciliorum Catholicam Militantem Eccleſiam repræſentantium per tuos Ora-,,tores facta tuis litteris approbetur.* Ce que le Pape accorda & fit une ,,Bulle rapportée par Raynaldus Tom. 18. an. 1447. n. 15. ou il declare,

declare, qu'il embraſſe & qu'il revere le Concile General de Conſtance, ſon decret *Frequens* (par lequel ce Concile exerce une action de ſuperiorité envers les Papes en leur ordonnant de convoquer des Conciles tous les dix ans, & leur oſtant le pouvoir de reculer ce terme, mais ſeulement de l'avancer) & tous ſes autres decrets, comme auſſi tous les autres Conciles repreſentans l'Egliſe Catholique Militante; qu'il reconnoiſt leur pouvoir, leur authorité, leur honneur & leur eminence; comme ont fait ſes autres predeceſſeurs, des veſtiges deſquels il ne vouloit point s'ecarter. *Concilium autem Generale Conſtantienſe, Decretum* Frequens, *ac alia ejus Decreta, ſicut cætera alia Concilia Catholicam Militantem Eccleſiam repræſentantia, ipſorum poteſtatem, authoritatem, honorem, eminentiam, ſicut & cæteri prædeceſſores noſtri, à quorum veſtigiis deviare nequaquam intendimus, ſuſcipimus, amplectimur & veneramur.*

Mais ce qui deſtruit encore toutes ces chicaneries, eſt que le Pape Pie II. dans la Bulle meſme où il ſe retracte de ce qu'il avoit eſcrit pour le Concile de Baſle contre le Pape Eugene, approuve formellement le Concile de Conſtance & en particulier ce Decret touchant l'authorité des Conciles Generaux. *Cum his*, dit-il, *& Generalis Concilii authoritatem & poteſtatem complectimur, quemadmodum & avo noſtro Conſtantiæ, dum ibi fuit Synodus univerſalis declaratum, deſinitumq; eſt. Veneramur N. Conſtantienſe Concilium, & cuncta quæ præceſſerunt à Romanis Pontificibus noſtris prædeceſſoribus approbata.* De ſorte que ſi l'on pretend que Pie II. ait voulu ſouſtenir que le Pape ſoit ſuperieur au Concile, il faut qu'on pretende auſſi qu'il ſe ſoit contredit manifeſtement; mais il ſuffit pour refuter cette fauſſe diſtinction qu'il authoriſe le Concile de Conſtance non ſeulement en general, mais meſme ſur ce qu'il a definy touchant l'authorité des Conciles.

88. Dominus Advocatus more ſuo confundit res & tempora. Agamus primo de facto Eugenii, quem ex Florentino Concilio *Conſtitutione Moyſes* antea allegatâ conſtat apertè contradixiſſe D. Anonymo, & cenſuiſſe decreta ſeſſ. 4. & 5. Concilii Conſtantienſis non habere vim conciliaris conſtitutionis. Verba retuli ſupra numero 74.

89. Conſtat præterea Eugenium ex cauſis tunc animum mo-

ventibus Concilium Basileæ inchoatum evocasse Ferrariam: sed causis illis cessantibus consensisse, ut continuaretur Basileæ sub certa tamen conditione, *ut ipsius legati ad præsidentiam admitterentur cum effectu, ac omnia & singula contra ejus Personam authoritatem ac libertatem & Sedis Apostolicæ &c. tollerentur ante omnia, & in pristinum statum reducerentur.* Hoc ut appareat plenius exhibeo tenorem ipsius Bullæ, quæ anno 1433. 12. Octobris fuit Basileensibus præsentata per ipsum Imperatorem.

90. " Dudum Sacrum Generale Basileense Concilium pro re-" formatione morum, extirpatione hæresum, & pace Populi " Christiani, per Generalium Constantiensis & Senensis Conci-" liorum statuta, ordinationemque Felicis recordationis Martini " Papæ V. prædecessoris nostri, ac nostram, inchoatum, ex cer-" tis causis in litteris nostris tunc expressis, ad Civitatem Bono-" niensem, de Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ " Cardinalium consilio & assensu, cum subscriptione commuta-" vimus. Verum cum ex dicta commutatione nonnullæ dissen-" tiones subortæ videantur, ac nonnullas ex dictis causis, quibus " ad hujusmodi commutationem seu dissolutionem faciendam " principaliter moti fuimus, aliter jam se habere cognoscamus, " nihilque aliud obtemus, quam ut sublata omni materia dissen-" tionis, ad hæreses, bella, & morum deformitates, de Populo " Christiano extirpandas salubriter intendatur, ad consilium e-" tiam, & ad instantiam carissimi in Christo Filii nostri Sigis-" mundi Romanorum Imperatoris semper Augusti, ac Hungariæ, " Bohemiæ, &c. Regis illustris, de Fratrum nostrorum Sanctæ " Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio volumus & contenta-" mur, præfatum Generale Basileense Concilium à tempore in-" choationis suæ continuatum fuisse & esse, prosecutionemque " semper habuisse & continuari, prosecutionemque ad prædicta " habere debere perinde ac si nulla commutatio translatio, seu " dissolutio facta fuisset: quinimo præfatam commutationem, " translationem, seu dissolutionem revocantes, ipsum Conci-" lium Basileense pure, simpliciter, cum effectu ac omni caritate " amplectimur, pro viribusque illud promovere ac omni favore " prosequi intendimus: *Ita tamen quod Præsidentes nostri ad præfati*

Con-

" *Concilii præsidentiam admittantur cum effectu, ac omnia & singula contra*
" *personam, auctoritatem ac libertatem nostram & Sedis Apostolicæ ac venerabilium fratrum nostrorum Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, &*
" *aliorum quorumcumque nobis adhærentium, in dicto Concilio facta & gesta,*
" *per dictum Concilium prius omnino tollantur, & mente & uno spiritu*
" *cum caritate & puritate ad ea quæ præmissa sunt in dicto Concilio proce-*
" *datur. Nulli ergo &c. si quis &c.* Datum Romæ apud Sanctum Petrum, &c. kalend. Augusti, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo trigesimo tertio.

91. Designatio loci, quo celebretur Concilium, est merè juris positivi, quod vel pro arbitrio Legislatoris, vel pro ratione circumstantiarum mutabile est. Nihil igitur ad arguendum erroris Eugenium hauriet inde Advocatus; nisi simul concludat modernum Galliæ Regem non posse mutare leges à se, vel suis Prædecessoribus editas. Hoc primo notate, Confratres mei. Secundò Basileensium acta adversus S. Sedis authoritatem non approbavit hic Eugenius, sed improbavit aperte. Relegite jam allegatæ constitutionis verba versus finem. Tertiò nec authorizavit in futurum Basileensium Synodum, nisi cum illa clausula, *Ita tamen quod Præsidentes nostri ad præfati Concilii præsidentiam admittantur cum effectu, &c.*

92. Ista clausula, *ita tamen*, limitativa est orationis præcedentis, & efficit ut dispositio non aliter intelligatur habere locum quam si dicta conditio impleatur *l. ubi Cod. de jure dotium*, Menoch. *cons.* 530. Salicetus *ad dictam legem*, Rebuffus *in concordatis tit. de mandatis Apostolicis* §. 1. & cæteri Juris interpretes, quoties agunt de ejusmodi clausula: quorum plurimos refert Barbosa *dictione usu frequenti* 181. Videndum ergo an Basileenses conditionem illam adimpleverint.

93. Simularunt se velle parere conditionibus ab Eugenio præscriptis, aut saltem hoc effecerunt, ut hoc ad ipsius aures perveniret: ea propter Eugenius anno 1434. 22. Junii scripsit ad ipsos epistolam, de qua tantopere gloriatur Anonymus, cujus propterea dispositivum totum exhibeo: " Hoc nostrum proposi-
" tum est, hic noster affectus, vos amare ut filios, observare ut
" fratres, & in benedictionibus dulcedinis unà vobis præcipuâ

 cha-

" charitate constringi. Sic etiam de vobis confidimus, ut non " alii apud vos sitis, sed pro ipsius Apostolicæ Sedis reverentia " fidelis & devotos animos ad nos habeatis. Hujus siquidem con- " fidentiæ signa perspeximus. Primo, quod ex nostro consensu " ad Sacrum generale Basileense Concilium plurimum lætati estis. " Iterum, quod Præsidentes nostros affectu & opere amodo sic " vobis conjunctos, ut pene unum invicem esse videamini, au- " dimus. Ex his congratulamur plurimum devotionibus vestris, " congratulamur Ecclesiæ Sanctæ, cui profectum evenire spera- " mus. Congratulamur & ipsi Apostolicæ Sedi, quæ diu, non " quidem defectu nostro, sed (ut ita dicamus) temporis maligni- " tate afflicta & angustiata, *consolari & honorari à vobis expectat*, ut " enim vetera veluti diu vulgata prætereamus, quis sine dolore & " lachrymis transeat quæ his diebus Romæ passi sumus? Non enim " in cognitum est, quid conspirationis in nos actum sit, quid in " venerabiles Fratres nostros Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardi- " nales, quid denique in nostros & Curiales omnes, quo etiam " consilio, quibus mediis, quo auctore, aut quo fine omnia ista " processerint. Datum Florentiæ anno Dominicæ Incarnationis " millesimo quadringentesimo trigesimo quarto, nono kalendas " Julii, Pontificatus nostri anno quarto".

94. Sed postmodum nihil minus, quam quod sperabatur, præstiterunt. Quapropter coactus est Eugenius iterum edere Bullam revocatoriam,& Græcis Civitatem maritimam, aut non longè à mari distantem, postulantibus, Ferrariam eligere, eoque transferre Concilium. Adscribam hic partem Bullæ; ex qua etiam constabit quam temerariè dicat Advocatus Imperatorem Basileensibus consensisse postquam ab Eugenio defecerunt, & usurparunt prætensam ab illis authoritatem adversùs Eugenium & S. Sedem. Data fuit Bulla anno 1437. in Septembri, & sic habet inter cætera:

95. "Et quid mirum si in Oratores nostros sæviant,qui in nos " quoque adeo effrenatè feruntur? Prætensum quippe quoddam " monitorium, sive (ut ipsi appellant) citatorium, convitiis, con- " tumeliis, atque injuriis plenum adversus nos, & in gravamen " venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ

" Cardinalium conflare ausi sunt, novo plane exemplo, & quòd
" priora omnia sæcula ignoraverunt; & quod uti ne fieret, cum
" Joannes & Julianus Cardinales prædicti Sedis Apostolicæ Le-
" gati variis modis obsisterent, & validissimis, & gravissimis, veri-
" simisque rationibus improbitatem facti coarguerent, demon-
" strarentque apertis documentis id charitati, bono publico, paci
" Ecclesiæ, justitiæ, Sacrisque Canonibus ita adversari, ut ipsi
" abhorrerent illic adesse, ubi de tali tractaretur monitorio, auditi
" non sunt. Et cum instanter orarent, & expresse postularent,
" ut à re tam monstruosa desisterent, conscientiasque exonerando
" suas, excusarent coram Deo & hominibus innocentiam suam,
" quod Monitorium illud pro viribus & supra vires impugnarent,
" plurima quæ ex illo sequi poterant scandala & mala memoran-
" tes, maximaque instantia utentes, veluti ex protestationibus suis
" publicè & solemniter factis apertissime constat; tantis tamen,
" tam piis, tam justis postulationibus furor ille non cessit".

" Cum vero memorati Joannes & Julianus Legati octo pri-
„ mum, deindè trium dierum inducias peterent, infra quos ratio-
„ nes in scriptis redigerent, quibus cum nullo modo ad dictum
„ prætensum monitorium, seu citatorium esset procedendum,
„ evidentissimè demonstrarent; non solum auditi non sunt, ve-
„ rum contra ipsius ordinationes Concilii, ea die & generalis
„ congregatio & sessio repentè & præcipitanter est habita, quod
„ nunquam antea vel in minimis privatisque negotiis fuerat
„ factum.

„ In ea sanè prætensa præcipitique sessione etsi prælatos sub
„ pœna præstiti juramenti cogere, & pene violenter attrahere co-
„ narentur, Legati tamen ipsi, & plures ex oratoribus Regum &
„ Principum, Prælatique plurimi justitiæ potius & veritati defe-
„ rentes, quam illorum cedentes comminationibus, nulla ratione
„ huic tam inhonestæ ac monstruosæ rei interesse passi sunt; sed
„ magis ac magis institerunt, ut à dicto monitorio abstinerent;
„ nihil innovari debere ibidem apertè protestantes: iis profectò
„ nostrorum Legatorum rationibus, justissimisque petitionibus
„ ac protestationibus necessariis acquievissent; nisi pauci ex pri-
„ moribus, quos sequitur inferiorum turba, partim ambitionis

,, corrupti peste, partim potentium quorumdam sæcularium seu ,, furori obsequentes, seu deliniti obsequiis, seu minis ac terro- ,, ribus addacti, sub specioso reformationis nomine sese duces at- ,, que auctores harum novitatum præbuissent, inque tempus im- ,, minentis jam Concilii œcumenici, si quid adversus nos conce- ,, perant animo, distulissent.

,, Ea verò cum comperisset *Carissimus Filius noster Sigismundus ,, Romanorum Imperator, obstupuit, præcipitemq; sententiam schismatis ,, metu, quod sublatum temporibus proximis isti inferre tentarent, vehemen- ,, ter exhorruit*, ac protinus per venerabilem Fratrem *Petrum Augu- ,, stensem Episcopum Oratorem suum ad præfatum Concilium destinatum, ,, ut abstinerent ab hujusmodi novitatibus & scandalis, omni instantia requi- ,, sivit, & si quid adversum nos promulgassent revocarent. Quod quidem, ,, ut ex certissimis nuntiis accepimus, facere omnino neglexerunt".

96. Restat altera, de qua gloriatur Anonymus, Eugenii Bulla, quam dicit datam esse anno 1447. relata ab Odorico Raynaldo *Congregationis Oratorii* Presbytero *in continuatione Annalium Baronii tomo* 18. quamquam constet ex eodem Raynaldo anno datam esse 1446. *nonis Februarii.* Ex illa tantum citat Anonymus ultimam particulam, totum antecedens dispositivum omittit, & procemium: ex quibus tamen aliæ particulæ capiunt interpretationem, uti tradunt Doctores ad *l. 9. ff. de juris & facti ignorantia*, Illam igitur integram videamus:

97. "*Charissimo in Christo Filio Frederico Romanorum Regi Illustri, " ac venerabili Fratri Theodorico Archiepiscopo Moguntino, & dilecti Filio " nobili Frederico Marchioni Brandenburgensi Sacri Imperii Electoribus sa- " lutem &c.*

"Ad ea ex debito Pastoralis officii libenter impendimus curas " nostras, per quæ reformatio universalis Ecclesiæ, pax & con- " cordia inter Christi fideles oriantur, & schismata atque hæreses " de agro Domini funditus extirpentur. Cum itaque vos hacte- " nus multiplicatis vicibus apud nos per vestros Oratores institue- " ritis, ut novum quoddam, generale Concilium in Alemaniæ " partibus in uno de quinque locis, videlicet, Constantia, Ar- " gentina, Maguntia, Wormatia, Treveri, propter Ecclesiæ " necessitates convocaremus; nos vestræ petitioni propter mul-

tipli-

" tiplices rationabiles causas, & quia Regum, vel principum a-
" liorum diversa sententia fuit, rationabiliter annuere non potui-
" mus. Nunc vero quia persuasum nobis est, hac via maxime
" provideri posse Ecclesiæ casibus emergentibus, & Reges &
" Principes præfatos facile ad hoc consensum præbituros, si per
" vos fuerint opportuna cum instantia requisiti: nos & si absque
" convocatione novit Concilii, alia via rebus Ecclesiæ melius
" consuli posse arbitremur, cupientes tamen, vobis & nationi
" vestræ, quam singulari semper affectione Apostolica Sedes
" prosecuta est, quantum cum Deo possumus, complacere, con-
" tentamur apud Reges & Principes Christianos, curam & dili-
" gentiam adhibere fideliter, ut ad votum vestrum trahi valeant
" & conduci; ita quod in uno ex quinque locis consentiant ge-
" nerale Concilium convocari, quod infra menses decem à die
" datæ præsentium computandos, intendimus experiri, si con-
" sensus hujusmodi haberi poterit, in fine dictorum decem men-
" sium, Generale Concilium ad decimum & octavum immediate
" sequentes initiandum, in uno ex prænominatis locis, in no-
" mine Domini convocabimus. In eventum vero quod ad ali-
" quem ex dictis locis Nationis Germanicæ cæteri Reges &
" Principes deflecti non possent, convocabimus nihilominus in-
" fra præfatos decem menses Generale Concilium in alio loco
" rebus gerendis accommodo, infra decem & octo menses, ut
" præfertur consequentes initiandum, tam ut vobis rem gratam
" faciamus, quam ut Ecclesiæ necessitatibus succurratur.

„Concilium autem Generale Constantiense, decretum, fre-
„ quens ac alia ejus decreta, sicut cætera alia Concilia Catholi-
„ cam militantem Ecclesiam repræsentantia, ipsorum potestatem,
„ authoritatem, honorem & eminentiam, sicut & cæteri Ante-
„ cessores nostri, à quorum vestigiis, deviare nequaquam in-
„ tendimus, suscipimus, amplectimur & veneramur. Datum
„ Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ
„ MCCCCXLVI. non. Feb. Pontificatus nostri anno XVI.

98. Eugenius ratificat hic decretum *frequens*, quod habetur in sess. 39. Concilii Constantiensis, in quo ita dicitur: "*Frequens*
„ Generalium Conciliorum celebratio, agri Dominici cultura

præ-

,,præcipua, quæ vepres, ſpinas & tribulos hæreſum & er-
,,rorum & ſchiſmatum extirpat, exceſſus corrigit, defor-
,, mata reformat, & vineam Domini ad frugem uberrimè fertili-
,,tatis adducit portum. Illorum vero neglectus præmiſſa diſſemi-
,, nat atque fovet: hæc præteritorum temporum recordatio &
,, præſentium conſideratio ante oculos noſtros ponunt. Ea prop-
,, ter hoc edicto perpetuo ſancimus, decernimus & ordinamus,
,, ut amodo Concilia Generalia celebrentur, ita quod primum à
,, fine hujus Concilii in quinquennium immediate ſequens, ſe-
,, cundum vero à fine illius immediate ſequentis Concilii, in
,, ſeptennium, & deinceps de decennio in decennium perpetuo
,, celebrentur.

99. Verum hæc conſtitutio Juris plane poſitivi, licet admiſſa à Martino & Eugenio, vix tamen potuit aut poterit unquam mandari executioni: fere enim perpetuo à Diœceſibus ſuis abeſſe deberent Epiſcopi. Unde habebunt ſumptus neceſſarios pro itineris, & ſua in tam celeribus conſeſſibus intertentione congrua caracteri & dignitati, præſertim in tot temporum calamitatibus, ex diſſenſione & bellis Principum ortis? Itaque non tantum hic conſiderandum eſt quod dicit Juſtinianus *in l.2. ff. de conſtitutionibus; in rebus novis conſtituendis evidens utilitas eſſe debet:* Sed etiam videndum, an quod ſtatuitur poſſit commodè executioni mandari: dicit enim can. 2. diſtinct. 4. *erit lex honeſta, juſta, poſſibilis, ſecundum naturam, ſecundum naturæ conſuetudinem, loco temporique conveniens.*

100. Ea propter Tridentinum Concilium ut incommodis relatis in decreto *frequens* obviaret, decrevit frequenter fieri Synodis Epiſcoporum & Concilia Provincialia; & ut hæc ad Sedem Apoſtolicam referentur: prout etiam Galliæ Epiſcopi retulerunt ſua Concilia Provincialia *ut patet ex tomo 4. Concil. Galliæ*, & retulit S. Carolus Borromeus ac etiam hoc ſæculo Archiepiſcopus & Epiſcopi Concilii Mechlinienſis.

101. Sed urget Anonymus Eugenium addidiſſe quod etiam alia dicti Concilii Conſtantienſis decreta *ſicut cætera alia Concilia Catholicam militantem repræſentantia, ipſorum poteſtatem, honorem, poteſtatem & eminentiam, ſicut & cæteri anteceſſores noſtri.* Hic

102. Hic merito annotavit doctissimus Annalium prosecutor Raynaldus: *Observatione dignum est, Eugenium in litteris non majorem authoritatem decreto Concilii Constantiensis, quod à voce* FREQUENS *initium dicit, contulisse, quam Martinus tribuisset, ac professum se à Prædecessorum suorum vestigiis nolle deflectere.*

103. Vidit, D. Advocatus, per hoc quoque feriri totam prætensam approbationem cæterorum decretorum, quæ sub una, aut duabus obedientiis erant facta Constantiæ: & præsertim decreta sess. 4. & 5. itaque sicut prius fecerat in Patres Societatis, deinde in Serenissimum Hispaniæ Regem nostrum, præterea in Turrecrematam cæterosque ejus schisma quod renovat, impugnantes: ita hic in Raynaldum injurias cumulat. Ego injurias in privatos non vindico: meo tamen, imo ipsi moderno Galliarum Regi, inflictas non dissimulabo, Articulum sequentem impensurus contra easdem. Hic super ipsius Raynaldi doctrinâ agam Juridice cum Advocato, *parum consulto*, ut videant Parisienses Advocati qualem habeant vel habuerint Collegam.

Dic Anonyme ex Juris-consultorum libris didicisti significationem particule *sicut*, qua utitur Eugenius, dum dicit, *sicut cæteri Antecessoris nostri?* Si didicisti cur dissimulas? Cur tegis veritatem? Cur contradicis? Si non didicisti, accipe Juris-consultorum placita.

104. Particula *sicut* est limitativa & restrictiva dispositionis, Angelus *Cons.* 338. Alexander *Cons.* 13. *lib.* 7. Natta *Cons.* 387. *Cons.* 387. Tuschus *tomo* 2. *littera d. conclusione* 374. Romanus *Cons.* 328. & Apostilla *super verbo* sicut *ibidem.* Præterea docent quod confirmatio seu approbatio in forma communi non tribuat novum robur, seu non pertineat ad illa quæ sunt nulla: quodque censeatur facta in forma communi quando eorum, quæ confirmantur, non inseritur tenor, aut non specificatur in individuo & particulariter dispositio illa, quæ confirmatur. Videte Interpretes *ad cap.* 4. ✠ *de confirmatione utili & inutili*, & inter illos vestrum Antonium Dadinum Alteserra.

Eugenius non approbavit, nisi cum dicta clausula *sicut & cæteri:* non confirmavit nisi confirmatione in forma communi. Doceat igitur D. Anonymus, quod cæteri Prædecessores approbaverint

decreta ſingula Conſtantienſis Concilii, & nominatim ſeſſ. 4. & 5. præſertim intellecta in eo ſenſu quem prætendit, confirmaverit Eugenius. Iterum dico magnus erit Apollo, quando hæc præſtiterit.

105. Perpendite etiam rationem, cur Eugenius addiderit illam finalem clauſulam: quæ fuit hæc, quod ſchiſmatici Baſileenſes illum accuſarent de prævaricatione Canonum ſeu Generalium Conciliorum (legite Baſileenſium ſcripta, tam quæ inſerta ſunt in ipſo Baſileenſi Concilio (dum tractare cœperunt cauſam depoſitionis ejus & tandem perfecerunt) quàm ad dicti Concilii apendicem in Tomis Conciliorum.

106. Ex ratione legis ſumenda eſt interpretatio, & ad illa reſtringenda. Hoc apertè docent Juriſperiti omnes, quos fusè citat Everardus *in locis legalibus*, loco *à ratione legis*. Secundùm hanc igitur rationem intelligenda verba Eugenii: minime vero eo ſenſu, quem vult Anonymus, ſeu quaſi approbaſſet decreta ſeſſ. 4. & 5. Concilii Conſtantienſis, tamquam eſſent Canones Conciliares: de contraria enim Eugenii mente conſtat ex dictis ſupra n. 73. & 74.

107. Præterea tradunt Juris-conſulti (& late probat Tuldenus *de Iuriſprudentia ex temporali cap. de contradictoriis*) quod ſi legum aliqua generaliter videatur loqui, (uti loqui videtur Eugenius in Bulla jam allegata) alia vero de caſu ſpeciali, (de quo loquitur idem Eugenius in citata conſtitutione *Moyſes* adverſus dicta decreta ſeſſ. 4. & 5.) nunquam generalis ſermo extendatur ad caſum aliter in alia lege deciſum. Et hoc tam conſtans eſt apud Juriſperitos, ut ſub titulo *ff. de Regulis iuris*, ſit hæc regula: *in toto jure per ſpeciem generi derogatur:* quam & auctores Canonum ſuis ſententiis inſeruerunt.

108. Temeritatem jungens Anonymus pag. 24. prope finem ſcribit: "Mais ce qui monſtre clairement qu'on ne doutoit point en ce temps-là de la preéminence du Concile au deſſus du Pape en ce qui eſt de la deciſion des choſes de la foy, qui ne peut eſtre fondée que ſur ce que le Concile ne peut errer, & que le Pape peut errer: c'eſt que le Pape Eugene, lors qu'il s'efforçoit le plus à ſe mettre au deſſus de Concile,

eſtoit

„ eſtoit neantmoins obligé de reconnoiſtre que dans les choſes „ de la foy, le ſentiment du Concile doit eſtre preferé à celuy „ du Pape. C'eſt ce que nous voyons dans la derniere des trois „ Bulles qu'il revoqua, quand il ſe reünit au Concile en 1434. „ qui porte ces termes: *Si le Pape ou ſon Legat vouloit une choſe & que „ le Concile voluſt le contraire, il faudroit ſuivre non le ſentiment du Con- „ cile, mais le ſentiment du Pape ou de ſon Legat, qui le repreſente, parce „ que le Pape à pouvoir ſur tous les Conciles, ſi ce n'eſt que les choſes dont il „ s'agiroit regardaſſent la foy Catholique, ou qu'elles fuſſent telles que faute „ de les conclure, l'eſtat de l Egliſe Vniverſelle en deuſt eſtre troublé: car „ alors il faudroit avoir plus d'eſgard au ſentiment du Concile qu'à celuy du „ Pape. Niſi fortè quæ ſtatuenda forent Catholicam fidem reſpicerent, vel „ ſi non fierent, ſtatum Vniverſalis Eccleſiæ principaliter perturbarent, quia „ tunc Conſilii ſententia eſſet potius attendenda*".

" Ce Pape reconnoit donc que dans les choſes qui regardent „ la foy Catholique, le Pape eſtant d'un avis & le Concile d'un „ autre, il faut ſuivre l'avis du Concile. Or celà ſeroit ridicule, „ ſi le Pape eſtoit infallible dans les decisions de la foy: puis „ qu'il n'y à point d'avis qu'on doive preferer à celuy d'un hom- „ me infallible. Et par conſequent le Pape Eugene quelques „ avantages qu'il ſe donnaſt en ſe voulant mettre au deſſus de tous „ les Conciles n'oſoit pas ſe donner celuy de l'infallibilité".

109. Temerarium hunc Anonymum dixi: prætenſa enim Bulla in qua reperiuntur verba ab ipſo deſcripta, non eſt data anno 1434. ſed anno præcedenti: ſic enim datæ dies exprimitur: *Datum Romæ apud Sanctum Laurentium in Damaſo anno Incarnationis Dominicæ 1343. idibus Septembris Pontificatus noſtri anno tertio.* Non poteſt hic dici eſſe errorem in cyfra: quia ad longum exprimitur *idibus Septembris anno tertio*: neceſſario ergo ſequitur prætenſam illam Bullam fuiſſe datam anno 1433. nam September anni 1434 incidit in quartum annum Pontificatus, eo quod Eugenius electus fuerit Pontifex anno 1431. in Martio.

110. Secundo hæc Bulla non eſt Eugenii, ſed conficta veriſimiliter ab aliquo Baſileenſium fautore, hoc teſtatur ipſemet Eugenius, qui paulo poſt habitâ ejus notitiâ, in Bulla data eodem anno 1433. 18. kalendas Januarii ſcripſit: *tertias litteras quarum te-*

nor de verbo ad verbum inferius describitur, quæ dicuntur incipere Deus novit, *cum à nobis aut de scitu nostro nunquam emanarint, licet superfluum videatur quod non extat revocare, tamen quia petitum est &c.* Hæ sunt litteræ, ex quibus particulam supra expressam extraxit Anonymus. Hæc ipsa quæ dico invenietis, Confratres mei, inserta in Concilio Basileensi sess. 16.

111. Procedamus ad objectionem formatam ex dictis Pii II. qui prius dicebatur Æneas Silvius. De hoc sic ait Anonymus in verbis antea descriptis: *Æneas Sylvius nomine Principum Imperii ab Eugenio petiit, ut professio potestatis, authoritatis & præeminentiæ Generalium Conciliorum Catholicam militantium Ecclesiam repræsentantium per tuos Oratores facta, tuis litteris approbetur.* Respondeo hic iterum contra seipsum & vos pugnat Anonymus. Æneas de *De Conciliis Generalibus Ecclesiam repræsentantibus* loquitur non de aliis: ergo non loquitur de dictis decretis sess. 4. & 5. quia unica obedientia, & quidem absente illo quem agnoscebant pro Pontifice, non fuerunt *Decreta Concilii Generalis Ecclesiam militantem repræsentantis.*

112. Atque ita fallit quoque & fallitur, dum idem prætendit Anonymus ex his verbis Bullæ retractationis quam edidit dictus Æneas factus Pontifex seu Pius secundus: Cum his *& Generalis Concilii auctoritatem & potestatem complectimur, quemadmodum & avo nostro Constantiæ dum ibi fuit Synodus universalis declaratum, definitumq; est. Veneramur* N. *Constantiense Concilium & cuncta quæ processerunt à Romanis Pontificibus nostris prædecessoribus approbata.*

113. Notate Confratres particulam cum his. Videamus ergo quæ sunt ista, seu quænam præmiserat in eadem Bulla Pius II. *Requirit*, inquit ordo, *ut inferiora à superioribus gubernentur, & ad unum tandem perveniatur tamquam Principem & Moderatorem cunctorum, quæ infra se sunt. Sicut grues unam sequuntur, & in apibus unus est Rex: ita & in Ecclesia militanti, quæ instar triumphantis se habet, unus est omnium moderator & arbiter, Iesu Christi Vicarius: à quo tanquam capite, omnis in subjecta membra potestas & auctoritas derivatur, quæ à Christo Domino Deo nostro* Sine medio in ipsum influit. *Nec non profecto in alium, tamquam sui exercitus Ducem, supremam auctoritatem Christus principaliter derivasset, quam in suum Vicarium, qui primus fuit Petrus,*

Petrus, cui commissam novimus Dominici gregis curam. Nec duos pluresve Petros Evangelistæ commemorant, nec duos aut plures instruit Dominus, qui suum locum tanquam capita tenerent æqualia: sed unum constituit, ut verticem ac Ducem & Pastorem universi gregis Simonem Petrum, dicens: *Tu es Petrus & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam: & tibi dabo Claves Regni Cælorum; & quodcumque ligaveris super terram erit ligatum & in Cælo: & quodcumque solveris super terram erit solutum & in Cælo. Et pasce Oves meas*, quæ nulli alteri seorsum dicta leguntur nisi Petro, ut in Petro unitas est *summa contineretur auctoritas.* Nec alius à Petra dictus est Petrus, nisi Simon: ut intelligeremus *unicum esse veræ & solidæ Petræ, id est Christi* (ut Paulus exponit) *locum tenentem*, Simonem Petrum, qui solus pro Domino in periculo constituto exemit gladium. Petrus igitur & successores ejus Romani Pontifices Primatum in Ecclesia tenuerunt. Hactenus Pius.

Deinde paulo infra: "In hanc usque diem servatum est, ut „ qui Romæ sederit Antistes rite institutus per legitimum electionis tramitem, tamquam Aaron vocatus à Domino, hunc omnes Christianæ plebes, omnes populi, omnes Reges, omnes Clerici, omnes Episcopi tamquam Jesu Christi Vicarium, & Beati Petri Successorem, *universalis Ecclesiæ Caput ac Rectorem & Ducem venerati sint.* Inter quos plurimi pro Christi nomine asperrimos perpessi cruciatus, & morte mulctati, coronam Martyrii susceperunt. Plurimi confessores egregii, vita moribus & doctrina fulgentes, quamvis sine sanguinis effusione, non tamen sine periculis & labore ac voluntate parata pro conservanda Sacri Evangelii authoritate movendi, ad Cælestem Gloriam pervenire: ut Gregorii, Damasi, Leonis, Innocentii, Bonifacii, Benedicti & alia nomina, inter quæ tertius claruit Eugenius.

Tum prope finem: "Liquet igitur, *unum in Ecclesia Caput esse & unum Principem*: quia pax Populi ex uno Rectore dependet, & pluralitas Principum discordiam parit. Christus Ecclesiæ suæ in ultimo testamento pacem reliquit, & pacem multis verbis commendavit. Dedit ergo, & regimen pacis amicum, id est, *Monarchum*, sub Beato Petro & Successoribus ejus *administrari cuncta præcipiens*, clavibus illi commissis, & cura gregis demandata. Hæc nos de Romani Pontificis auctoritate & potestate sentimus, cui

& congregare Generalia Concilia, & dissoluere datum est. Qui etsi filius est propter regenerationem, *propter dignitatem tamen, Pater habetur* : & sicuti filiationis causa venerari debet Ecclesiam tamquam Matrem, *ità & prælationis causa præfertur ei, ut Pastor gregi; Princeps Populo Rector Familiæ.* Cum his & Generalis Concilii auctoritatem & potestatem complectimur, quemadmodum & ævo nostro Constantiæ, dum ibi fuit Synodus universalis, declaratum definitumque est.

114. Ecce qualiter admittit Concilii Generalis potestatem: nempe cum his, quæ ante dixerat de suprema Sanctæ Sedis super omnes auctoritate, quam paulo ante expresserat.

115. Addit Pius: *quemadmodum & ævo nostro Constantiæ, dum ibi fuit Synodus universalis definitum declaratumq; est.* At vero Synodus universalis Constantiæ non fuit, nisi postquam junctæ sunt tres obedientiæ: tunc Præsidente Martino V. sub quo in decreto, quod incipit *inter cunctas* definitivâ sententiâ damnati sunt sequentes articuli; videlicet 37. Joannis Wiclef, *nec Papa est proximus & immediatus Vicarius Christi & Apostolorum.* Articulus 7. Joannis Hus erat hic: *Petrus non est nec fuit Caput Sanctæ Romanæ Ecclesiæ.* 12. *Nemo gerit vicem Christi vel Petri, nisi sequatur eum in moribus.* 13. *Papa non est verus & manifestus Successor Apostolorum Principis Petri, si vivit moribus contrariis Petro.* 20. *Si Papa est malus, & præsertim si est præscitus tunc ut Iudas Apostolus est diabolus, fur & filius perditionis, & non est Caput Sanctæ militantis Ecclesiæ, cum nec sit membrum ejus.* Inter interrogatoria autem facienda iis, qui suspecti erant de fide, hoc habetur, *utrum, credat quod Papa Canonice electus, qui pro tempore fuerit ejus nomine proprio expresso, sit Successor Beati Petri habens supremam authoritatem in Ecclesia Dei.* Hæc vos repugnant.

116. Denique illa particula Bullæ Pii II. *quemadmodum & ævo nostro Constantiæ &c.* Uno sermonis contextu juncta est isti particulæ cum his: ergo sensum illum habere debet, ut quod de Constantiensi Concilio dicit Pius, intelligatur salvis manentibus illis, quæ ante præmiserat. Igitur Advocatus ille malæ fidei (utens fictitia Bulla, cujus falsitatem ignorare non debebat) destruit totum scriptum suum: quia qui scripturam aliquam pro se allegat, cogitur admittere seu pro veris habere alias ejusdem scripturæ

ræ aut instrumenti sententias, uti docent Canonistæ *super titulo, de fide instrumentorum*, & Juris civilis interpretes *super tit. simili.*

117. Destruit quoque vestrum Articulum 2. quatenus eò dicitis, *Decreta Constantiensis Concilii non esse restringenda ad casum schismatis*: contrarium enim satis apertè significat idem Pius, distinguens casum, quo stat INDUBITATUS Romanus Pontifex ab alio, seu dicens: *Veneramur enim Constantiense Concilium, & cuncta quæ præcesserunt, à Romanis Pontificibus nostris prædecessoribus approbata: inter quæ nullum invenimus unquam fuisse ratum, quod stante Romano* INDUBITATO PRÆSULE, *absque ipsius authoritate convenerit, quia non est corpus Ecclesiæ sine capite.*

Ex quibus verbis etiam intelligere poteritis, (si alicubi legatis) Romanum Pontificem non esse supra Universale Concilium, id non intelligi de Concilio sine Pontifice, sed cum illo: quia scil. non est supra seipsum qui est pars talis Concilii: nec est supra Ecclesiam Universalem, quia ipse est Ecclesiæ membrum. Et hoc docuit Pius in iis, quæ antea citavi.

ARTICVLVS XII.

Expenditur calumnia Anonymi in Regem Catholicum, imo & in modernum Christianissimum.

118. MUltas replet Anonymus paginas calumniis in Sanctam Sedem, hæreticorum & schismaticorum more. Nec parcit Regibus, sic enim de nostro verè Catholico Rege scribit pag. 37. " Qui seroiet ce le Prince infidele, ,, qui voulust souffrir qu'on preschat la foy dans les terres de son ,, obeissance, s'ils sçavoient que tous ceux qui l'embrasseroient ,, se croieroient par là dispensés de lui obeïr qu'autant qu'il plaira ,, à un autre Souverain, qui pourra quand il voudra leur fair prendre les armes contre leur Roy legitime ? estoitce par exemple ,, un moyen fort propre pour faire recevoir la foy aux peuples de ,, l'Amerique, que de leur dire, comme faisoient quelques Castillans,

,, ſtillans, que le Pape avoit donné leur Pays au Roy de Caſtille,
,, & quelques Barbares qu'ils fuſſent n'avoient ils pas raiſon de
,, répondre, comme ils firent, qu'ils ne ſcavoient pas qui eſtoit
,, ce Pape, mais qu'il falloit que ce fuſt un mal habille homme de
,, donner ce qui n'eſtoit pas à luy? ne ſeroitce pas auſſi porter les
,, Princes heretiques à ne point ſouffir le Catholiques dans leurs
,, eſtats, s'ils croyoient que ce ſont autant de ſujets d'un autre
,, Prince qui leur peut commander de depoſſeder celuy dans les
,, terres duquel ils vivent. Et ne ſcait on pas que c'eſt ce qui à
,, le plus aigri le Roy d'Angleterre contre les Catholiques, ce qui
,, à eſté preſque l'unique cauſe de la perſecution qu'ils ont ſouf-
,, ferte par le Roy Jacques, & ce qui eſt encore aujourd'huy le
,, plus grand obſtacle au progrés de la Religion Catholique dans
ce Royaume".

118. Antea tres impendit paginas, hoc eſt 12. 13. & 14. ac iterum 15. & alias, ſuper illis quæ acta ſunt à Julio II. adverſus Joannem d'Albrete (quorum occaſione Ferdinandus Aragonum Rex arma movit in Navarræ Regnum) à Gregorio XIII. & XIV. in Regem Navarræ: idque exagerat ulterius pag. 21. & 22. rationem querelarum præmittit pag. 4. ſcilicet *quod non ſit in poteſtate Pontificis excommunicare Galliæ Regem*, ad cujus probationem citat Advocatum Bouchel *in Bibliotheca Iuris Gallicani* verbo *interdictions*. Dicit verò Bouchel: *La dignité de nos Roys eſt ſi grande, que je ne me puis eſtancher en ce que j ay cy deſſus diſcouvru, ains veux y adjouſter le preſent commentaire, pour monſtrer qu'ils ſont de toute ancienneté affranchis des excommunications de la Cour de Rome.* Dictis ſuis titulum hunc præmittit: *Nos Roys ſont francs & exemptes des cenſures de la Cour de Rome.* Pro confirmatione autem citat exempla quædam Regum Galliæ, qui cenſuris non obtemperarunt. Addit: *Le Roy de France, la Roynne ſa Femme, & leurs Enfants ne peuvent eſtre excommuniéz: Regius Confeſſor poteſt eos abſolvere à quovis peccato etiam reſervato.*

119. Addit Advocatus noſter pag. 12. tomo 1. libertatum Eccleſiæ Gallicanæ inſertum eſſe adversus Bonifacium VIII. qui Philippum Regem excommunicaverat, hoc eſt decretum: "A vous
,, tres-noble Seigneur noſtre Sire par la grace de Dieu Roy de
,, France, ſupplie & requiert le peuple de voſtre Royaume, parce

qu'il

„ qu'il luy appartient que ce ſoit fait, que vous gardiez la ſou-
„ veraine franchiſe de voſtre Royaume; qui eſt telle que vous ne
„ reconnoiſſiez de voſtre temporel, ſouverain en terre ſinon
„ Dieu que vous faiſſiez declarer ſi que tout le monde leſache.,
„ que le Pape Boniface erra manifeſtement, & fit peché mortel
„ notoirement, en vous mandant par les lettres Bulles qu'il
„ eſtoit ſouverain de voſtre temporel &c. & que ceux qui croi-
„ oient le contraire il tenoit pour herege, (*heretique*) item que
„ l'on doit tenir ledit Pape pour herege (*heretique*) & non pas
„ vous, bon Roy & toute le gent de voſtre Royaume, qui tous dix
„ (*tousjours*) ont creu & croient le contraire.

120. Percurramus modo ſingula Advocati dicta. Et quidem quod attinet ad primum quo rapinam arbitratur Catholicorum Regum bella adverſus Barbaros non admittentes prædicationem fidei, ſuo ipſo dogmate gravem injuriam infert tam ſuo Chriſtianiſſimo Regi moderno, quam ejus prædeceſſoribus ſanctitate & virtute præclaris.

121. Quid enim? Non licet Eccleſiæ exequi præceptum Chriſti ſeu *prædicare Evangelium omni creaturæ?* Si hoc licet, an non licet injuriam Chriſto illatam vindicare & tollere impedimentum injuſtè illatum executioni tam ſalutaris præcepti, cujus executio innumeros eripit ab æterna damnatione? Dumque hoc impedimentum tollere per ſe non poteſt Eccleſiâ, an non poteſt Catholicorum Principum auxilium implorare? Nonne confœderatis ſuis ſuppetias ferunt Reges & Principes? Et ſi dixerunt olim Gentiles, *ſummam illam eſſe rationem, pro religione facit l. 43. ff. de religioſis*, non erit illa juſtiſſima quæ facit pro Religione Catholica, cujus conſervatio & augmentum tantopere eſt hominibus neceſſarium? Cum ergo & jure gentium regula ſit, expreſſa ſub titulis *de rerum diviſione & acquirendo dominio, tam in Inſtitutis, quam Pandectis*, omnium quoque Chriſtianorum Principum uſu recepta, *quod quis juſto bello capit ſuum facit:* dicite quæſo, Confratres mei, ſi ejuſmodi Advocatum eſtis illuſi opinionibus, cur ſuum non faciet qui pro religione gerit bellum? Aut quodnam illo juſtius?

122. An non videtis quod in Chriſtianiſſimos Reges retorqueatur tota calumnia, in Regem verè Catholicum directa? *Honor*

parentum gloria est filiorum: ex Hispano sanguine descendit hodiernus Rex Christianissimus, & Serenissimus Delphinus; cur ad parentum injuriam revocat ille belli justitiam, aut si injustum credidit, publicare num debuit? Si enim Rex noster defectu prolium (quod Deus avertat) sororem suam Christianissimam hæredem institueret, an non posset Regina jure proprio, Christianissimus Rex jure uxoris, Serenissimus Delphinus jure successionis, prætendere illa quæ Hispanus Aragoniusque sanguis sibi subjugavit? Non credo Cristianissimum Regem unquam declaraturum tali casu (quem Deus avertat) nullum sibi suisque Successoribus jus ad illa competere, multominus declarationem ejusmodi inscribendam fore actis Parlamentorum Galliæ.

123. De jure directo Sedis Apostolicæ in temporalia Principium Galliæ, Hispaniæ, Serenissimæ Domus Austriacæ (ut sæpius protestatus sum) non ago nec hactenus videre potui quod illud prætenderint Pontifices; sed quia D. Advocatus & vos nequidem *indirectum*, quod sequitur excommunicationem, ejusdemque aggravationem & reaggravationem, admittitis: contenduntque Advocati vestri Galliæ Regem, quantumcumque (quod Deus quoque avertat) fieret hæreticus, schismaticus, idololatra; fidem, quam tam gloriosè plantarunt & sustinuerunt ejus prædecessores, è Regno suo vellet extirpare, aut talia committteret propter quæ alii Principes fuerunt à Pontificibus, non tantum officio sed etiam pietate sanctissimis, juste excommunicati, censuris Ecclesiasticis non subjacere: & per hoc eum à numero filiorum Ecclesiæ excludunt. Propterea ultra ea quæ dixi in *Consultationibus* consultatione 8. & 9. & aliis, etiam hìc addam alia.

124. Et quidem in dictis *Consultationibus* plurimos exhibui sanctitate præclaros, qui isto Ecclesiæ spirituali gladio usi sunt adversus Franciæ Principes; ostendi quomodo ipsi Galliæ Reges excommunicationem non contempserint: sed ut absolverentur, vitam in melius commutarint. Exhibui denique ipsorum Pontificum privilegia præsertim ad instantiam Sanctissimi Ludovici Regis concessa: non quibus reddantur exempti à censuris Ecclesiasticis ipse Rex, Regina, & Regiæ Proles: sed à censuris per Episcopos latis *sine speciali mandato Sanctæ Sedis*. Accipite nunc alia.

Inju-

125. Injuriam, ut dixi, & Regi veſtro & Galliæ Regno inurunt gravem tales Advocati; dum tantum Eccleſiæ filium à numero filiorum excludunt. Si enim Eccleſiæ filius eſt, non poteſt non eſſe ſubjectus illi ſententiæ Chriſti, *Si Eccleſiam non audierit ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus.* Imo Scriptores illi quos pro ſuperioritate Concilii ſupra Pontificem adducit Anonymus, quales ſunt Gerſon, Petrus de Cuſa, Abbas Panormitanus, Alphonſus Toſtatus *in defenſorio* aliique, ſemper adverſus Chriſti Vicarium urgent illud Chriſti, *Si quis Eccleſiam non audierit.* Si ſub illo neceſſario comprehendatur (ut volunt) Supremum Eccleſiæ Caput & Chriſti Vicarius, quanto magis comprehendi debet alicujus Regni Princeps.

126. Sed hactenus non contigit, nec credendum eſt quod permittet Deus Vicarium ſuum aliter de fide ſentire quam ſentiret tota Eccleſia, aut conſentientibus ſuffragiis univerſale Concilium: aut ſtatuere, quod univerſali Eccleſiæ bono repugnaret. Quapropter concluſio, quam ex dicta Chriſti ſententia toties à Gerſone repetita & Toſtato eliciunt illi, qui pro dicta ſuperioritate ſcripſerunt, eſt concluſio ad caſum Metaphyſicum, qui non contigit, nec continget.

127. Sed longe aliter res ſe habuit (ac utinam non habitura ſit ulterius) in particularibus perſonis, etiam principibus & Regibus: quorum plures conſtat non tantum moribus à Religione, ſed etiam pertinaciâ defeciſſe à fide, cum tanta & tot animarum ipſis ſubditarum æterna damnatione.

128. Quapropter etiam ipſius Regni Galliæ intereſt iſtam de omnimoda Regum exemptione opinionem exterminari: ut ſcil. (quod Deus advertat) ſi ad ſchiſma, hæreſim, gentilitatem aut alia æternæ ſaluti contraria perducere ſubditos ſuos Reges vellent, & eoſdem ad illa cogere privatione bonorum, exilio, mulcta, poſſent à juramento fidelitatis aſolvi, ſeu ab obligatione eidem ſerviendi, tributa pendendi &c. Ut ſaltem dum Reges ejuſmodi viderent ſe à ſuis penitus deſertos, ad meliorem frugem converterentur; & tot ſucceſſive naſcentium miſeræ animæ ignis horrendi pœnas æternas evaderent. Hæc enim eſt ſucceſſio, quam prolibus ſuis longè majori ſtudio præ temporalibus bonis, debent parentes thezaurizare.

129. Percurramus alia ad hanc rem spectantia & authoritatem Sedis Apostolicæ concernentia: producamus ex ipsismet vestris Scriptoribus, longe aliter de potestate excommunicandi, quam Advocati vestri faciant, loquentibus.

In chronico *Besuensi* legitur excommunicatio lata etiam in Regem à Paschali II. In chronico Rotomagensi legitur quod anno 1227. Archiepiscopus cum suis suffraganeis supposuerit interdicto ipsa Regis propria dominia & castella. Lib. 1. Historiæ Vezeliacensis legitur denuntiata excommunicatio in Comitem Nivernensem ab Anastasio Papa, nec non ab Hadriano; quod ita fuit Regi Galliæ gratum ut ipsemet arma sumpserit in rebelles Ecclesiæ. Alia adduntur lib. 3. ejusdem Historiæ & lib. 4. in quo vix alia materia tractatur. Apud d'Acherium tomo 4. pag. 272. usque ad paginam 300. multa privilegia referuntur Franciæ Regibus à Clemente V. Gregorio XI. & Urbano V. concessa inter quæ pag. 281. unum est quod concernit excommunicationis ac interdicti Sententias in Reges, Reginas eorumque liberos. Hoc planè Advocatos vestros manifesti erroris convincit: ecce enim quod habetur: *Vt nullus in vestras & successorum vestrorum Regum & Reginarum Franciæ qui pro tempore fuerint, & vestrorum natorum existentium tamen sub patria potestate personas, excommunicationis aut interdicti sententias promulgare absque Sedis Apostolicæ speciali mandato faciente plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de hac indulgentia mentionem, Apostolica tenore præsentium indulgemus.* Hoc Regi & Reginæ concessum est ad ipsorum instantiam; sic enim præmittiter in bulla, *vestris inclinationibus inclinati.* Quomodo ergo dicit Bouchel *ab omni antiquitate Galliæ Reges fuisse à censuris Ecclesiasticis exemptos*, si tunc supplicatum sit, ut non aliter ab Episcopis excommunicari possent, quam de speciali commissione Sedis Apostolicæ.

130. Non minus errant aut impertissime garriunt Advocati vestri agentes de potestate Confessoris Regii, valentis Regem & Reginam & Proles absolvere à casibus reservatis: non enim conceditur potestas absolvendi permanentem in peccatis, multò minus talibus, propter quæ excommunicationem mereretur: ecce verba privilegii, quod refert d'Acherius tom. 4. pag. 274. Clemens &c. *Carissimis in Christo Filiis Ioannis Regi & Ioannæ Reginæ Franciæ.*

Vestris

Vestris supplicationibus inclinati vobis & Successoribus vestris Regibus & Regibus Franciæ tenore præsentium indulgemus, ut quilibet vestrum discretum Presbyterum possit in suum eligere Confessorem, qui debitam impendat absolutionem, & injungat pœnitentiam salutarem. Sed nec ibi, nec in aliis, quæ potui invenire, Francorum Regum privilegiis, reperitur quod possint perseverantes in peccato absolvi, ut censuras non incurrant.

131. Scio conquestos aliquos Reges de latâ excommunicatione per sedem Apostolicam: Sed non legi quod ullus eorum defectum potestatis, sed solum defectum causæ allegaverit, seu quod ea non commisissent, propter quæ excommunicatio lata erat. Sic anno 1468. scripsit Rex Bohemiæ, petens causæ, propter quam excommunicatus erat, iteratum examen seu revisionem: *Nos suæ Beatitudini tam plenè submisimus,* "Ut si verbo, vel facto à Sanctæ Sedis Apostolicæ obedientia, aut reverentia, ab orthodoxæ fidei „rectitudine, à Sanctæ Matris Ecclesiæ unitate quid devium, vel „lubricum dixisse vel egisse, vel in aliquo deviasse quomodolibet „constare possit, id revocare, emendare, ac suæ Sanctitatis arbi„trio in melius commutare obtulimus, modo sua Beatitudo diem „& locum statuat, ubi de nostra & æmulorum, vel delatorum „nostrorum nocentia, vel innocentia, & totius causæ conditione „& qualitate possint gravissimorum virorum suppetere testimo„nia; ubi etiam de totius Regni statu agi; & quicquid deforme, „vel ab universalis Ecclesiæ ritu dissonum reperiretur, ad confor„mitatem deduci & omnia debitè componi possent". Ista notate Confratres.

ARTICVLVS XIII.

Expenditur injuria in Baronium & Græcorum fraudes in libris corrumpendis.

132. CONvolat ad solitas calumnias Anonymus, dum advertit se non posse authenticè probare Honorium Papam fuisse juste & valide à Græcis, seu Constantinopolitano Concilio excommunicatum, & indè concludere

Concilii superioritatem supra Pontificem: quia scilicet ostendit multis rationibus Baronius, & post eum Binius & Sirmundus in notis, quæ in tomis Conciliorum hoc sæculo impressis in Gallia subjectæ sunt vitæ Honorii, ejus epistolæ (quæ accusatur) & Concilio Romano sub Agathone. Sicque scribit: "Le moyen „d'excuser toutes les imaginations fabuleuses, ou il s'est engagè „pour faire croire que le Pape Honorius n'a jamais esté condamné „par le 6. concile, mais que ce que nous voyons de sa condemna- „tion dans les actes de ce Concile y a esté malicieusement inferé „par l'ordre d'un Empereur tres-pieux, qu'il dit avoir consenty „qu'on en falsifiast les originaux qu'il avoit entre les mains".

133. Ego hic non refutabo ea, quæ contra Honorium & Vigilium blaterat Anonymus post Hæreticos & Schismaticos: sunt enim alii plures similiter falso accusati ab iis, qui tempore Basileensis Concilii pro authoritate Concilii Generalis scripserunt. Ea-propter omnes illas calumnias, quarum etiam plures congerit Launoyus Parisiensis Doctor, & aliqui recentes Anonymi Galli, speciali opusculo expendam. Hic tantum rogo vos, Confratres mei, ut quanta Græcorum fuerit fides, hoc est in corrumpendis libris malitia, perpendatis ex illis, quæ subjungo:

134. Notum est omnibus, qui Historias Ecclesiasticas à limine salutarunt, quantopere Græci primatum universalis Ecclesiæ ambiverint, quot propterea suscitaverint schismata & invexerint errores; uti S. Leo IX. in epistola ad ipsorum Imperatorem objicit ipsis fusissime. Notum etiam est quantis calumniis Romanam Sedem oneraverint, ut alios ab ejus obedientia subtraherent. Ecce quid scribat Nicolaus primus *in epistola ad Hincmarum Rhemensem & cæteros in Regno Caroli constitutos.*

" Conantur tam nostram specialiter,quam omnem generaliter, " quæ lingua Latina utitur, Ecclesiam reprehendere, quod jeju- " namus in Sabbatis, quod Spiritum Sanctum ex Patre Filioque " procedere dicamus, cum ipsi hunc tantum ex Patre procedere " fateantur. Dicunt præterea nos abominare nuptias, quia Pres- " byteros sortiri conjuges prohibemus; & simulare tentant, quo- " niam eosdem Presbyteros Chrismate linire baptizatorum fron- " tes inhibemus: quod tamen Chrisma nos ex aqua fluminis con-

"ficere fallaciter arbitrantur. Reprehendere nihilominus mo-
"liuntur, eo quod octo hebdomadibus ante Pascha, à carnium, &
"septem hebdomadibus à casei & ovorum esu more suo non ces-
"samus. Mentiuntur quoque nos, sicuti per alia ipsorum con-
"scripta indicatur, agnum in Pascha, more Judæorum, super al-
"tare pariter cum Dominico Corpore benedicere & offerre.
"Quin & reprehendere satagunt, quia penes nos Clerici barbas
"radere suas non abnuunt. Paulo post sequitur:

"Quanto autem livore, quantaque vecordia, jam designati
"Græcorum Principes, eorumque Satellites, adversus nos, pro eò
"quod suis noluimus parere illicitis animositatibus, armati sint,
"in eò manifestè datur intelligi, quod aut falsa sunt, quæ nobis
"impingere moliuntur, aut certè jam à prisco tempore sine cujus-
"quam contradictione in Ecclesia Romana, imo in tota occiden-
"tali parte, hactenus custodita: & *cum floruerint etiam apud ipsos*
"*magni Doctores Ecclesiæ, nullus tamen eorum de his reprehensionem fecit*,
"nisi hi qui non zelo justitiæ, sed *zelo invidiæ perculsi*, Ecclesiæ
"lacerare traditiones anhelant. Præcipuè cum de jejunio Sabbati
"tempore S. Silvestri Ponfessoris Christi sit satis discussum &
"disputatum, atque ut celebraretur per omnia definitum, nullus-
"que post hæc ausu temerario contra illud statutum venire, aut
"saltem mutire præsumpserit: cum potius è diversò Sedis A-
"postolicæ institutio, & Ecclesiæ Romanæ sequens observantia,
"ejusdem salutiferi constituti executrix fuisse hucusque reperia-
"tur. Præterea de processione Spiritus Sancti quis nesciat Illu-
"stres Viros, & præcipuè Latinos, nonnulla scripsisse, quorum
"fulti authoritatibus, istorum oppido sane respondere possemus
"insaniæ, si vel illis nos reprehendendi, vel nobis eis conten-
"tiosa fauce gannientibus rationem reddendi consuetudo quæli-
"bet extitisset? Sed quid mirum, si hoc isti prætendunt, cum
"etiam glorientur *atque perhibeant, quando de Romana urbe Imperato-*
"*res Constantinopolim sunt translati, tunc & Primatum Romanæ Sedis ad*
"*Constantinopolitanam Ecclesiam transmigrasse, & cum dignitatibus Regiis*
"*etiam Ecclesiæ Romanæ privilegia translata fuisse?* Ita ut ejusdem in-
"vasor Ecclesiæ Photius etiam ipse se in scriptis suis Archi-
Episcopum atque universalem Patriarcham appellet.

135. Idem Nicolaus epist. sua 5. quæ est ad Michaelem Imperatorem, de librorum corruptione à Græcis facta sic objicit, " Sed " & hoc vestræ clementiæ intimare curavimus: quia sicut in ve-" stris actis Apostolicæ Sedi & nostro Pontificio directis insertum, " invenitur, nescimus cujus fraudibus ita est; & non solum quia in " vestra præsentia secundum illius textum, vel ordinem relecta " non est, sed plura excerpta, quibus intellectus ipsius epistolæ " continebatur, & aliud pro alio. Ignoramus, quis temerarius coram " vestro Imperiali conspectu legendo percurrere vel interpretari " præsumpsit, quam si coram vestræ majestatis præsentia scrutari " jusseritis, in aliquibus eam mutatam, atque fraudatam locis re-" perietis.

136. Corruptiones alias easque gravissimas tam circa Pontificum epistolas, quam Conciliaria acta, demonstrant evidenter illa, quæ habentur in tomis Conciliorum sub Joanne Octavo: quæ quia plura & longiora sunt, quam quæ brevi hoc opusculo inserantur, interim vos remitto ad notas super Conciliabulo Constantinopolitano, Concilio Romano III. super epistolis 199. 200. & sequentibus ejusdem Joannis Octavi. Solum addam pauca ex iis, quæ in Concilio Florentino Generali ipsismet Græcis, præsente eorum Imperatore, objecta sunt. Collatione 17. "*Usque* ,,*ad horam præsentem (ut cum venia semper dicam) ex vestrismet libris, &* ,,*ex Synodis* antiquissimus apparet manifeste quod vitium corrum- ,,pendi libros, & auferendi quæ quandoque faciebant contra im- ,,pugnantes fidem fuit deprehensum in partibus vestris.

Est ne adeo, Confratres mei, à veritate aliena opinio Baronii ut sit inter fabulas numeranda? Nonne si toties in aliis acta corruperunt, merito conjicitur corruptionem factam esse in eo quod, præ cæteris Græcos maxime angebat, videlicet primatus Romanæ Sedis; quem absolute depressum volebant. Nullo vero efficaciori medio obtinere poterant, quod intendebant, quam ut Romanis Pontificibus objicerent errores in fide: (prout faciunt vestri Anonymi,) ut inde concluderent illos non esse Petri Successores, quibus in Petro dictum est? *Rogavi pro te Petre ut non deficiat Fides tua, & tu aliquando conversus confirma Fratres tuos.*

137. Quam vero facile fuit Græcis (si non ipsa Concilii acta corrum-

corrumpere) ſaltem fictitiam velut Honorii epiſtolam fabricare & fabricatam aſſervare inter ſua monumenta. Non enim ab aliis, quam ab ipſis Græcis fuit producta copia, quam Archivorum cuſtos (quod pleniſſime conſtat ex actione 12. Sextæ Synodi univerſalis ſeu tertiæ Conſtantinopolitanæ) ſe reperiſſe dixit.

138. Certe in ipſis Romanæ Sedis regiſtris nihil fuiſſe unde erroris argueretur Honorius, nihil ipſum (cujus adhuc ſat recens erat memoria) ſcripſiſſe à fide alienum, ſed potius cum aliis prædeceſſoribus reſtitiſſe Monothelitarum hæreſi (de qua eum arguit Anonymus & hæretici) teſtatur Synodus Romana centum & viginti quinque Epiſcoporum ſub Agathone, & ipſe Sanctus Agatho : quorum duæ epiſtolæ hoc ipſum teſtantes inſertæ ſunt in dicto Concilio Actione 4.

Hæc, Confrates mei, ſi cum Græcis contra Honorium ſtatis, interim perpendite : dum hæc ulterius, & cetera quæ ad impugnandum Sanctæ Sedis infallibilitatem contra varios Pontifices objecerunt hæretici & ſchiſmatici, diſcutiam.

ARTICVLVS XIV.

De definitionibus quas Theologi vocant ex Cathedra, earum diſtinctione ab aliis, & unde dignoſcatur an ſint tales.

139. CONfratres mei, antequam procedam ad pauca, quæ reſtant objecta ab Anonymo, confundente more ſuo quælibet, implebo fidem datam partim in *diſquiſitione* partim in *Conſultationibus.* dixeram aliqua de definitionibus, quas Theologi vocant *ex Cathedra.* Promiſeram me etiam Gallos hujus ſæculi producturus doctrinæ veſtræ contrarios : quia ſcilicet Anonymus veſter audacter aſſeverat (ſed mendaciter) à tempore Conſtantienſis Concilii, non niſi unum Duvallium reperiri ex Doctoribus veſtris, qui docuiſſet illam certitudinem definitio-

num Sanctæ Sedis, quam cum illo impugnatis. Deinde integram pag. impendit, ut ex quibusdam Duvallii verbis ostendat eum sentire, quod aliquando non sit tanta authoritas dictorum à Romanis Pontificibus; ut illa tamquam fidei regula sint recipienda. Hoc postremum scio & ego: idque probavi Articulo 1. *Disquisitionis*: fatentur ipsimet Pontifices à me ibidem allegari: & consentiunt Theologi quotquot videre potui. Sed de prioris generis definitionibus, quas, ut dixi, *ex Cathedra* vocant falsum est unicum reperiri Duvallium. Ecce quid scribit testis de plurimis vester Abelly Episcopus Ruthenensis in tract. de fide cap. 4.

140. In 4. paragrapho præmittit hunc titulum, *Pontificis Romani authoritatem, in iis quæ fidem spectant, esse quoque medium certissimum ad doctrinam orthodoxam dignoscendam, eamq; ab heterodoxa & hæretica secernendam.* Sic autem probat: Concilium Florentinum in decreto fidei, definivit *Romanum Pontificem Successorem esse Beati Petri Principis Apostolorum, & verum Christi Vicarium; totiusq; Ecclesiæ Caput, & omnium Christianorum Patrem & Doctorem existere; & ipsi in Beato Petro pascendi, regendi & gubernandi Universalem Ecclesiam à Domino nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse.*

Ex istis sic infert, " Ex quo sequitur ad illum pertinere de re-
,, bus ad fidem & religionem spectantibus juridicè cognoscere;
,, majoresque causas, quales sunt fidei ac religionis, dijudicare,
,, hæreses emergentes damnare, veritates de fide divina creden-
,, das definire: ipsique omnes ubique terrarum fideles, in his quæ
,, fidem & religionem spectant, subesse debere, ac fidem ejus tam-
,, quam supremi Pastoris auscultare.

" Hanc de Romani Pontificis authoritate doctrinam optime
" expressit S. Bernardus epist. 190. ad Innocentium Pontificem.
" *Oportet*, inquit, *ad vestrum referri Apostolatum, pericula quæque & scan-*
" *dala emergentia in Regno Dei, præsertim quæ fidem contingunt. Dignum*
" *namque arbitror ibi potissimum resarciri damna fidei, ubi non possit fides*
" *sentire defectum. Hæc quippe hujus prærogativa Sedis: cui enim aliquan-*
" *do dictum est*, ego rogavi pro te Petre ut non deficiat fides tua?
" *Ergo quod sequitur, à Petri Successore exigitur*, & tu aliquando con-
" versus confirma Fratres tuos.

" Ex qua, *inquit*, S. Bernardi doctrina quæ totius Ecclesiæ

com-

" communis eſt, ſequitur primo quod quoties aliqua controver-
" ſia in materia Fidei exoritur, quoties aliquod novum dogma ex-
" urgit de quo dubitatur an fidei adverſetur; certiſſimum medium
" (*notate*) ad veritatem dignoſcendam, eamque à quovis errore
" ſecernendam eſſe, ad Sedem Apoſtolicam recurrere, & inde
" reſponſa petere, ubi fides non poſſit ſentire defectum. Ita fecit
" S. Hieronymus in Controverſiis quibuſdam circa fidem, An-
" tiochiæ exortis; ſuper quibus judicium Apoſtolicæ Sedis ex-
" quirit, ut videre eſt in epiſt. quam ſuper hac re ſcripſit ad Da-
" Damaſum Papam. Idem fecerunt Sancti Epiſcopi Victricius
" & Exuperius, ille Rothomagenſis, hic Toloſanus, cum primum
" nefariam Vigilantii doctrinam in Galliis emergere conſpicati
" ſunt. Super qua Innocentium I. conſuluerunt.

141. Alia nonnulla addit ad probationem ulteriorem ſimilia. Ego multo plura à naſcenti pene Eccleſia per ſequentium ſæculorum tempora adduxi in Conſultatione 1. Tantopere vero placuerunt dicta opuſcula Abelly, quæ inſcribuntur *Medulla Theologica*, ut anno 1677. reimpreſſa ſint pariſiis undecima vice.

142. Iſambertus hujus ſæculi, Pariſienſis Doctor & Socius Sorbonicus, nec non Regius Profeſſor eandem diſtinctionem facit inter definitiones quas Theologi vocant ex Cathedra & alias. ejus verba exhibebo ſtatim, dum aliqua ex communibus juris principiis præmiſero. Diſtinguunt Juriſperiti (& norunt Advocati, qui ſunt noſtro Anonymo non nihil peritiores) diſpoſitivum legis à narrativo: item ipſam diſpoſitionem à ratione legis: rationem quoque ſubdividunt in finalem & adequatam, ac in rationem motivam tantum & inadequatam. Hac de re latius egi in opuſculo *ad Regulas Iuris*, quod, ut ſpero, lucem videbit quam primum præſentem vobiſcum & cum authoribus, qui vobis præiverunt materiam abſolvero. Eamdem diſtinctionem *narrativi* & *diſpoſitivi* videmus in Judicum ſententiis, etiam Galliæ; cujus arreſta plurima congeſſit inter cæteros veſter *Tournet*. Videbitis quoque ibi cauſas, ſeu rationes motivas, ſicuti & in cæteris ſententiis, quæ dicuntur extenſæ.

143. Tradunt autem Juriſperiti, tam Canonici quam Civiles, à narrativo fragile duci argumentum, ſicuti & à ratione motiva

 tantum

tantum, quales sunt quæ in sententiis extensis referuntur allegatæ à parte victrice. Ab his probabile quidem argumentum ducitur, quia ex his præsumitur judex motus: sed quia in discussione causæ multas sæpe judices inveniunt rationes, quas tamen in sententia etiam extensa non exprimunt: hinc fit quod ab expressis non ducatur argumentum omnino certum, sed solum ab illa parte sententiæ, quæ à multis practicis vocatur *dictum*.

Eodem modo sentiunt Theologi, licet non ita accuratè se explicent, saltem illi, quos videre potui. Accipite è vestris unum. Dico *Isambertum* Pariensem Doctorem, Socium Sorbonicum & Professorem Regium in opere disputationum tomo 2. impresso Parisiis anno 1639. *cum privilegio & approbatione*. Scribit hic super quæst. 64. disput. 2. p. 153. " Tertia objecto est S. Stephanus " Papa hujus nominis II. interrogatus.... R. in responsionibus " Summorum Pontificum directam eorum responsionem ad in- " terrogationem illis factam debere distingui, ab iis, quæ ple- " rumque in istis suis responsionibus obiter, & quasi pertransen- " nam immiscent. Primum, validum subininistrat argumentum " fundatum in Summa Pontificia illorum authoritate. Secundum " vero non est tanti ponderis; sicut nec rationes, quas Concilia " interdum addunt suis decretis ac definitionibus.

Iterum super qu. 66. art. 9. idem Isambertus scribit: " Quar- " tum fundamentum (sive objectio) petitur ab authoritate Sum- " mi Pontificis Nicolai Papæ: & refertur Canone *à quodam Iudæo* " de consecratione dist. 4. qui interrogatus à Bulgaris.... Respon- " deo duo esse distinguenda in hac resonsione Nicolai I. unum " est directum responsum ad id, quod quærebatur ab illo: alte- " rum, quod in ipso transcursu, vel ad probandum, vel ad con- " firmandum, aut explicandum responsum affert; jam ex decretis " Pontificum potest tantum validum desumi argumentum ex illo " priori, & non ex posteriori; sicut etiam ex decretis Concilio- " rum, quorum solæ conclusiones, non item rationes conclusio- " num spectant ad fidem, ut fusius docetur tractatu de fide.

144. Itaque ad separandum dicta Pontificum *ex Cathedra* ab aliis, debet distingui ipsum *dictum* & *dispositivum* à *narrativo* & *motivis*. Secundo utrum Pontifex intendat articulum de quo quæstio

erat

erat, absolutè definire declarando illum esse hæreticum aut à religione alienum, vel credendum esse, aut in ordine ad salutem faciendum: si excommunicationis pœnam aliter sentientibus, faventibus aut facientibus injungat: si ita doceri ab omnibus præcipiat aut caveri; aut saltem ab omnibus illis, apud quos erat contentio. Hoc autem non faciunt Pontifices, nisi servata quadam judicii forma, auditis pro & contra Consultoribus & Sacra Congregatione, aut etiam congregata aliquot vicinorum Episcoporum Synodo: tunc enim credendum est secundùm Florentini Concilii, Lugdunensis, & Lateranensis sub Leone X. definitiones Deum non permissurum, quod unquam erret. Atque ita censuit hactenus Ecclesia, ipsi quoque præcipuè Galli Scriptores & Episcopi Sanctam Sedem consulentes, quos & quorum sententias fusè retuli tam in *Disquisitione* quam in *Consultationibus*.

145. Videndum etiam est quibus modis loquantur Pontifices an definitivè, an vero tantum exprimant quid sibi interim videatur, aut nondum damnent, aut velut privati ad alicujus petionem scribant. Item, an quæstio sit de re ad fidem vel Religionem Christianam pertinente, an vero, sit de re merè juris positivi; ita ut contrarium statui possit; hoc enim sæpè mutatur, nec tunc Pontifices qui aliter statuerant, sunt censendi errasse.

146. Illud quod dixi, *an Pontifices tantum exprimant quid sibi videatur aut nondum damnent, aut velut privati ad alicujus petitionem rescribant &c.* plenius explicabunt ipsorum Pontificum dicta & rescripta, quæ subjungo. In secunda collectione Antiqua decretalium sub tit. *de conversione infidelium*, legitur Cælestini III. epistola, qua inter cætera hæc continentur, "idem juris erit in sequenti casu, quem proponere studuisti; cum Christiano viro propter odium uxoris Christum negante & sibi copulante paganam, & ex ea filios procurante, Christiana in opprobrium Jesu Christi relicta est: tamen assensu Archidiaconi sui ad secundas nuptias convolavit, & filios suscepit ex ipsis: *Non enim videtur nobis*, quod si prior Maritus redeat ad unitatem Ecclesiasticam, eadem debeat recedere à secundo & resignari priori, maximè cum ab eo visa fuerit Ecclesiæ judicio decessisse.

147. Hæc est illa decretalis, de qua fit mentio in cap. 7. ꝟ *de*

divortiis, in qua dicit Innocentius, *licet quidam prædecessor noster aliter censuisse videatur*. Hæc est inquam illa, propter quam Hadrianus articulo sequenti citandus censet Cælestinum fuisse hæreticum secutus aliquos alios, qui tempore Schismatis scripserunt. At vero nihil minus quam hæresim docuit ibi Cælestinus, nondum enim res erat ab Ecclesia definita: nec erat contrarius totius Ecclesiæ consensus, qui vim haberet definitionis. Tantum dixit quid sibi tunc non videbatur. Et si ideo Cælestinus dicendus sit Hæreticus, Hæretici consequenter erunt Pontifices omnes, imo & ex Conciliis Generalibus aliqua: quia nonnulla de quibus quærebatur, non definiverunt, quod quam à Theologo & verè Juris-consulto sit alienum nemo non viderit. Accipite exemplum 2.

148. Innocentius Primus ad Exuperium Tolosanum, ita rescripsit: "Consulenti tibi, Frater carissime, quid de proposita "specie unaquaque sentirem, *pro captu intelligentiæ meæ*, quæ sunt "visa respondi, quid sequendum vel docilis ratio persuaderet, vel "auctoritatis lectionis ostenderet, vel custodiat series temporum "demonstraret. Et quidem dilectio tua institutum secuta pruden"tium, ad Sedem Apostolicam referre maluit quid de rebus du"biis custodire deberet, potius quam usurpatione præsumpta "quæ sibi viderentur de singulis obtinere. Cur enim magis pu"dendum putemus discere aliquid, quam omnino nescire? Mi"hi quoque ipsi de collatione docilitas accedit, dum perscrutatis "rationibus ad proposita respondere compellor. Eoque fit ut a"liquid semper addiscat, qui postulatur, ut doceat. Proponam i"gitur singula subjiciamque responsum.

149. Dum dicit, *pro captu intelligentiæ meæ quæ visa sunt respondi*: clarissime significat se ut privatum Doctorem rescribere: licet rescriptum ejus tota Ecclesia receperit. Accipite tertium. Nicolaus I. epist. 19. quæ est ad Archiepiscopum Bituricensem sic scripsit ad ejus consulta respondens: *Quamvis solito nunc angustiis Ecclesiasticis simus occupati negotiis, & ob id respondere tuis spatiosius nequeamus consultis; tamen sancto tuo desiderio satisfacere cupientes, aliqua ex his inspirante Deo* CURSIM, *exponere non omittimus*. Tum post responsa aliqua subjungit: *Hæc quidem inter tanta Ecclesiasticorum negotia positi, vix* SALTIM, *summatim fraternitati tuæ mittenda decerpsimus. Quæ*

nisi

nisi incomparabilis dilectio vestra nos memcrata vehementius coarctasset, nunc respondere consultibus vestris, innumeris impediti necessitatibus pariter mitteretur. Hic iterum clarè significat Pontifex se non ex Cathedrâ seu discussâ coram Concilio suo materiâ totâ, procedere & quidem *saltim.*

150. Idem Nicolaus rescribens *ad consulta Bulgarorum*, sic incipit, *Ad consulta vestra non multa respondenda sunt, nec duximus per singula diutius immorari, qui Deo authore non solum libris divinæ legis, verum etiam & missos nostros idoneos, qui vos prout tempus & ratio dictaverit de singulis instruant, ad patriam vestram & ad gloriosum Regem vestrum dilectum filium nostrum destinavimus, quibus & libros quos prævidimus necessarios illis nunc esse, commisimus.* Ecce iterum spatium temporis hic captat Nicolaus, ut postea plenius instruat Bulgaros per suos Legatos: qui solent habere in mandatis, ut priusquam dubium, quod proponitur resolvant, referant ad S. Sedem & exspectent judicium. Similia plura exhibebo vobis, dum ad singulas calumnias, quas in varios Pontifices cumulant schismatici, ordine respondebo, & ex ipsismet, quæ allegant, ostendam eos toto cœlo aberrare, & ne vel apparenter iis, quæ dicunt & quæ vos sequimini, favere. Restat ut ad fundamentum quod ex Hadriano postea Pontifice, & facultate Pariensi, ac aliis quibusdam allegat Anonymus, breviter respondeam.

ARTICVLVS XV.

Expenduntur alia Anonymi fundamenta, ac imposturæ: seu expenduntur dicta Hadriani Sexti, Facultatis Parisiensis, Almaini, Cardinalis Richely.

151. PAgina 25. ait: *Le Pape Adrien VI. qui ayant enseigné la même doctrine avant que d'estre eslevé au Pontificat, non seulement ne la retracta pas depuis, mais fit imprimer ses ouvrages dans Rome, ou on lit encore ces Paroles sur le livre 4. de sentences. Si on entend*

entend, dit-il, par l'Eglise Romaine celuy qui en est le chef, il est certain remarques *ce terme, que ce chef de l'Eglise Romaine, c'est à dire le Pape, peut errer mesme dans les choses qui regardent la foy en soutenant une Heresie par sa determination ou sa decretale. Si per Ecclesiam Romanam intelligatur Caput ejus, certum est quod possit errare etiam in iis quæ tangunt Fidem, hæresim per suam determinationem aut decretalem asserendo. Voila ce que ce saint & sçavant homme à escrit estant encore particulier, & ce qu'il à approuvé estant Pape, son elevation ne l'ayant point ebloüii, comme elle à fait quelques autres, ny oblier ce qu'il devoit à la verité, pour donner à sa nouvelle dignité des avantages qu'il ne croyoit point que Iesu-Christ luy eust donneés.*

152. Simila dixit vester Launoyus, & quasi partâ adversùs S. Sedem victoriá, tamquam alter Goliath exprobat agminibus Israel: sed impertinenter uterque Hadrianum mutilat, seu ea quæ in textu præcedunt & sequuntur omittit. Noster Anonymus Hadrianum Canonizat, & *Sanctum* vocat, quem necdum Ecclesia Beatificavit nec Beatificationis hactenus audita augmenta. Dicit Hadrianum Pontificem mandasse suum illud opus Romæ reimprimi; at *de mandato* non docet. In Launoyi operibus *nihil de mandato* adverti. vult tamen ipso sciente opus illud fuisse Romæ impressum: sed nec probat.

153. Imo vero id quod antea scripserat Hadrianus in loco per Anonymum allegato, quod est *de Sacramento Confirmationis articulo ultimo*, existens postea Pontifex ipso facto revocavit. Videamus totum ejus contextum, quem dissimulavit Anonymus: & ut quis tædio legendi affectus & inquirendi per omnia ejus opera, non examinaret, locum ipsum more suo subticuit.

154. Quæstionem ita proponit Hadrianus, an solus Episcopus possit esse minister hujus Sacramenti? Tum ait: & *videtur quod sic* primo.... *Secundo principaliter arguitur ad idem sic. Si posset à non Episcopo perfici, maxime viderentur de Sacerdote ex commissione Papæ: ut opinantes contrarium fundant in concessione Gregorii, qua simplicibus Sacerdotibus concessit, ubi Episcopi defuerint, etiam Chrismate in fronte tangere Baptizatos, 95. dist. pervenit: sed hoc non, ergo. Minor probatur per D. Durandum his decem mediis &c.*

155. Argumentis durandi diffidens Hadrianus se posse respondere

dere, uno veluti securis ictu solvit nodum Gordium & ait: ad secundum principale de facto Gregorii dico primo: *Quod si per Ecclesiam Romanam intelligatur Caput ejus: puta Pontifex: certum est quod possit errare etiam in iis quæ tangunt fidem: hæresim per suam determinationem aut decretalem asserendo. Plures enim fuerunt Pontifices Romani hæretici. Item & novissime* FERTUR *de Ioanne XXII. quod publice docuit, declaravit, & ab omnibus teneri mandavit: quod animæ purgatæ ante finale judicium non habent stolam: quod est clara & facialis visio Dei: & Universitatem Parisiensem ad hoc induxisse dicitur: quod nemo in eâ poterat gradum in Theologia adipisci: nisi primitus hunc errorem pestiferum jurasset se defensurum: & perpetuo ei adhæsurum. Item patet hoc de errore quorundam Pontificum circa Matrimonium de quo in cap. licet de sponsâ duorum. Item de errore quem ediderat Cælestinus circa Matrimonium fidelium quorum alter labitur in hæresim: cujus error olim habebatur in alia compilatione. In cap. laudabilem de convers. conjugum, ut refert Hostiensis in cap. quanto de divortiis.* Tum ne cogatur inter eos, quos dicit fuisse hæreticos Pontifices, recensere S. Gregorium Magnum illum Ecclesiæ Patrem; conatur (sed perperam) sic illius dicta explicare, quasi non delegaverit simplicibus Sacerdotibus administrationem dicti Sacramenti: alias etiam hunc inter hæreticos annumerare debebat.

156. Sed existens Pontifex longe aliter sensit. Sensit, inquam, non tantum Sacramentum confirmationis ex delegatione Pontificia posse conferri à simplici Sacerdote; sed etiam ipsemet ejusmodi commissionem dedit & à prædecessoribus datas confirmavit approbando in se & aliis Pontificibus, quod à Gregorio Magno fieri non potuisse senserat. Quia autem hanc rem latius tractat Eximius Pater Farvacques hujus Universitatis Doctor in opusculo *de Sacramento Confirmationis*, quod approbandum, & deinde luci publicæ dandum mihi commisit, brevem ejus sententiam ex quæst. 4. hic adscribam:

157. " Si neges datam per Hadrianum VI. dispensationem, ut
" scilicet simplex Sacerdos posset Sacramentum Confirmationis
" conferre, audi quid scribat Cardinalis Pallavicinus lib. 9. c. 7.
" videtur Hadrianus initio Pontificatus decessoris vestigia secu-
" tus, & rogantibus Joanne Glapione & Francisco de Angelis,

,, qui Carolo V. alter post alterum à Confessione fuerunt, & po-
,, stremus etiam purpura decoratus...... Facultatem Franciscanis
,, concessit confirmationem, in Indiis administrandi, ubi desint
,, Episcopi: & legitimum illius Facultatis exemplar in S. Fran-
,, cisci Cœnobio Hispali asservatur. Addit deinde idem Privile-
,, legium confirmandi simplici Presbytero concessum fuisse à
,, Joanne XXII. Nicolao IV. Eugenio IV. ac postmodum Leo-
,, ne X. atque horum omnium diplomatum amplissima, Generalis
,, confirmatio à Successore Hadriano VI. concessa est adhuc Cæ-
,, sar-Augustæ commorante.

158. Exempla alia propter quæ quibusdam Pontificibus hæresim impingit, sunt frivola: neque enim re ipsâ subest, quod supponit, seu dici audivit, *Ioannem XXII. determinasse quod animæ ante finale judicium non habent stolam, quæ est clara & facialis Dei visio.* Illa quæ de duobus aliis Pontificibus allegat, minimè concludere pro doctrina vestra ostendi in *Disquisitione* articulo 1. cætera, quæ hæretici & schismatici adversus S. Sedis definitiones congerunt, specialiter in una ex sequentibus, partibus excutiam: tantum hic paucis expendamus verba Hadriani.

159. Ait primo, *Certum est quod Romanus Pontifex possit errare in iis, quæ tangunt fidem.* Plane antequam quæstio sit definita potest in hanc vel illam partem, quam in scholis vel alibi didicerat inclinari. Quid inde pro doctrinæ vestræ justificatione inferetis? Pergit Adrianus: *Potest errare hæresim per suam decretalem asserendo.* Si de potentia Metaphysica loquatur Adrianus, etiam hoc transeat; sed si voluit quod Deus sit permissurus, ut universalem Ecclesiam intendens docere Pontifex, & tamquam Pastor supremus decernere contra fidem; fecit mendacem Christum; qui Petro & in Petro ejus Successoribus dixit: *Rogavi pro te ut non deficiat fides tua; & confirma Fratres tuos.*

160. Magis temere addit Adrianus, *plures enim fuerunt Pontifices Romani Hæretici*: Nam ne unum ex istis pluribus producet Anonymus, nec vos, Confratres mei. Percurremus postea singulos, contra quos insurrexerunt Hæretici, & vestri hujus temporis Anonymi.

Dictum suum probare prætendit Adrianus dicens: *Item novissime*

me fertur de Ioanne XXII. &c. At fueruntne legitimi teſtes illi, qui hoc ferebant? Teſti non creditur, niſi det rationem ſcientiæ? Ubinam eſt illa Joannis XXII. Bulla, ubi, & quando data? Nec enim ſemper Romæ degit; ubi, aut quando publicata. Ad quos Chriſtiani orbis Epiſcopos, aut nuntios, uti moris eſt tramiſſa? Hanc fabulam latius excutiam in Joanne XXII.

161. Exemplum aliud adfert Adrianus & dicit: *Item hoc patet de errore quorumdam Pontificum circa Matrimonium: de quo in cap. licet de ſponſa duorum.* Hallucinatur: etenim fuit olim dubium in Eccleſia an Matrimonium ſolo conſenſu firmatum diſſolvatur per Matrimonium ſubſequens cum alia, & conſummatum. Diſſolvi ſentiebant multi, idque exemplo venditionis ejuſdem rei factæ duobus; quæ ſi poſteriori emptori tradatur, hic fit Dominus, nec ab eo auferri poteſt, ut tradatur primo. Fuitque varia multis in locis conſuetudo, de qua evidenter conſtat ex cap. 3. 6. 7. *in prima collectione antiqua*, ſub tit. *de ſponſa duorum.* Hinc factum quod diverſi Epiſcopi & Archiepiſcopi, v. g. Salernitanus, Paduanus, Senenſis, Norwicenſis in Anglia, Ianuenſis &c. S. Sedem conſuluerint. De iſta quoque diverſa conſuetudine, teſtatur Innocentius III. *in cap. ult.* ✠ *de ſponſa duorum.* Pontifices ante plenum examen cauſæ & definitionem noluerunt poſitivè damnare conſuetudinem, ſed valdè modeſtè reſponderunt per verba, *nobis videtur, tutiùs videtur, convenientiùs videtur:* donec tandem Eccleſia paulatim recipiente ſententiam illam, quæ dicebat non diſſolvi; conſuetudo Mutinentium in altera opinione adhuc perſiſtentium damnata fuit ab Innocentio III. *in dicto cap. ult.* ✠ *de ſponſa duorum.*

162. Simile eſt illud quod ſubjungit Hadrianus dicens: *Item de errore, quem ediderat Celeſtinus circa Matrimonium fidelium, quorum alter labitur in hæreſim: cujus error olim habebatur in alia compillatione.* Conſtat enim non tantum ſuper hoc caſu *lapsûs in hæreſim*, ſed etiam ſuper *caſu lepræ ſupervenientis dubitatum fuiſſe, an Matrimonium diſſolveretur.* Et quidem diſſolvi ſentiebant Galli, idque ſtatuerunt in Concilio Compendienſi anno 757. Can. 16. Celeſtinus interrogatus de caſu ſupervenientis hæretis, ſolum reſpondit per verba *non videtur nobis*, ut patet ex textû quem plenius retuli arti-

 culo

tempore vocari à quoquam in invidiam apud Regem. Insuper adversus Cardinalis illius testimonium oppono vobis tractatum integrum Caroli Francisci de Raconis S. Theol. Doctoris, Regii Prædicatoris, & Episcopi: quem tractatum inscripsit *La Primauté & Souveraineté de S. Pierre, impressum Parisiis anno* 1645. Ejus argumentis respondeat Anonymus, vel ex vobis aliquis, si ejus doctrinam, quæ est vestræ *Declarationis*, adhuc sequatur. Oppono etiam Doctores Lovanienses citatos ab Authore libelli, cui titulus *doctrina de Primatu*, nuper contra vos scripti. Oppono Suarem, Becanum, & citatos ab eis.

166. Quinto addit Anonymus esse plures alios qui, quod ipse effutit, docuerunt de Superioritate Concilii & fallibilitate Papæ in definiendis quæstionibus fidei. Non tamen specificat. Nominare forsan posset aliquos: & ego previè specifico vobis Almainum, qui tempore Schismatis scripsit, sicuti scripsere aliquot alii, quos nominat. Sed audite quid scribat Pius II. qui Basileensi Concilio interfuit: *Nec Eugenium diligere poteramus, quem tot tantique testes indignum Pontificio dicerent. Aderant Legati Parisiensis Scholæ: adfuerunt & aliquando vestri:* (Colonienses) *& uno ore Concilii Generalis authoritatem ad Cælum efferebant. De potestate Romani Pontificis, pauci erant, qui loqui præsumerent:* (violentissime enim agebant Basileenses) *omnes, qui publicè loquebantur prurientes auribus* (ecce quales testes) *multitudini applaudebant.*

167. Denique conqueritur pag. 23. damnari à Sancta Sede libros & non determinari specificè cur damnentur, aut quid damnetur. Respondeo damnat igitur ipse Tridentinum Concil. cujus authoritate tot libri condemnati sunt sine expressione illorum articulorum, aut sententiarum, ob quas, & sine expressione rationum propter quas damnati sunt. Damnet plerasque Parlamentorum Galliæ sententias, quas poterit videre in Tournet & aliis Collectoribus Arrestorum ante citatis: plurimæ enim, exceptis causis in personam criminalibus, nullam exprimunt adjudicationis, vel abjudicationis rationem.

168. Paucula restant, objecta ab Anonymo: sed quia eadem repetunt & latius deducunt alii; expendam illa adversus istos: & hic

hic finiens, opuſculum hoc, uti cætera à me ſcripta & ſcibenda, Deo dante, humillime ſubjicio Sanctæ Sedis correctioni: & hanc clauſulam habeo pro repetita in ſequentibus, ſi forte inter occupationes & diſtractiones omiſero. Datum die prima anni 1683.

F I N I S.